
309 ΟΤΠΟΘΙ ΓΕΛΠΟΜΑΙ

hac colloquentium facundia monitum ſup. ad 239. Quod autem dramatice, per ſermones, haec exponit, in eo poetae laus praecipue cernitur.

308. 9. ἐπὶ δεξιόφιν pro ἐπὶ τὸ δεξιόν. et ἐπὶ τὸ ἀριστερόν. v. Obſſ. — 309. 310. ἐπεὶ οὔποθι. quandoquidem in nulla alia aciei parte puto tam inferiores eſſe pugnando Achiuos, δεύεσθαι κατὰ τοῦ πολέμοιο, ἐν τῷ πολεμίζειν, μάχεσθαι, quam in laeua. nam hic Hector in caſtra irruperat et pugnabat; ibique Aiaces ſtabant: vt patet vſ. 46. 80. ad eosque confluxerant alii e principibus 83 ſqq. Repete animo locorum ſitum ex K, 112. 3. M, 118 et al. et vide Excurſ. I. ad M. (XII.) de τειχομαχίᾳ.

312. ἐν μέσσῃσι νηυσὶ, in mediis caſtris, ante naues, ſeu inter vallum et naues, quo Hector peruenerat, ex quo in caſtra irruperat: Occurrerant ei Aiaces cum Teucro et principibus aliis, vt modo dixi. Ab hoc loco verſus laeuam caſtrorum partem pergit Idomeneus, qua maxime vrgebantur Achiui. — 314. ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ, μάχῃ, pugna ſtataria, in qua haſtae vſus eſt. — 315. οἵ μιν ἐλόωσιν (ἐς) ἄδην, εἰς κόρον, πολέμοιο, καὶ (καίπερ) ἐσσύμενον. Vt nunc legitur, verba ſic, vt feci, ſunt iungenda. *qui illum adducant ad taedium pugnandi, fatigent et ad*

Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν.
αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι,
κείνων νικήσαντι μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους,
νῆας ἐνιπρῆσαι, ὅτε μὴ αὐτός γε Κρονίων
ἐμβάλοι αἰθόμενον δαλὸν νήεσσι θοῇσιν·
ἀνδρὶ δέ κ' οὐκ εἴξειε μέγας Τελαμώνιος Αἴας,
ὃς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτήν,
χαλκῷ τε ξηκτὸς, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν·
οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ ξηξήνορι χωρήσειεν,
ἔν γ' αὐτοσταδίῃ· ποσὶ δ' οὔπως ἐστὶν ἐρίζειν.
νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστερ' ἔχε στρατοῦ, ὄφρα τάχιστα
εἴδομεν, ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν.

Ὣς Φάτο· Μηριόνης δὲ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
ἦρχ' ἴμεν, ὄφρ' ἀφίκοντο κατὰ στρατὸν, ἦ μιν ἀνώγει.

317 ΑΙΠΤ ΦΟΙ 327 ΓΕΙΔΟΜΕΝ

incitas redigant, etſi ἐσσύμενον (πολέμου ἕνεκα) *ruentem ad pugnandum*. Nam multo minus cum vſu verborum conuenit, vt ἐλᾷν ſit fugare, agitare, vel κλονεῖν, qui illum ſatis, (κατ') ἄδην, repellant, reprimant.

322. 3. qui mortalis ſit et vulnerari poſſit. — 325. ποσὶ δ' οὔπως etſi ei cedat pedum velocitate. ſ. cui ſolo curſu inferior eſt; nam eſt ποδώκης Ἀχιλλεύς. ſpectabatur autem pedum velocitas in procurrendo ante ordines, inter promachos, ad incurrendum, ad repetendam haſtam iactam, in perſequendo hoſte. — 326. νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστερὰ στρατοῦ ἔχε. tende hic ad laevam noſtri, ἡμῶν, (κατὰ τοῦ) στρατοῦ, aut, quod malim: tende mihi, ἡμῖν, ad laeuam caſtrorum. eſt enim νῶϊν caſus ſecundus et tertius. ἔχειν, pro ὁρμᾶσθαι, ἰέναι. — 329. ἦ μιν ἀνώγει ſcil. ἰέναι, ἔχειν.

330. Profectus Idomeneus cum Merione verſus

οἱ δ', ὡς Ἰδομενῆα ἴδον, Φλογὶ εἴκελον ἀλκήν,
αὐτὸν καὶ θεράποντα σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι,
κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν·
τῶν δ' ὁμὸν ἵστατο νεῖκος, ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσιν.
ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄελλαι
ἤματι τῷ, ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους,
οἵ τ' ἄμυδις κονίης μεγάλην ἰστᾶσιν ὁμίχλην·
ὡς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη, μέμασαν δ' ἐνὶ θυμῷ

330 ΙΔΟΜΕΝΗΑ ΓΙΔΟΝ ΦΛΟΓΙ ΓΕΙΚΕΛΟΝ

siniſtram, pugnat acerrime ab ea parte. Perſequitur eam pugnam poeta vsque ad vſ. 673. vbi ad Hectorem redit. Narratur primo pugna ipſa, Iouisque et Neptuni interuentus; tum a vſ. 361—383 Othryonei caedes per Idomeneum facta.

330. οἱ δ' ὡς. ſunt Troiani. Φλογὶ εἴκελον ἀλκήν, non nunc dictum, vt vſ. 245. et v. c. de Hectore P, 88. propter armorum coruſcationem; adiectum enim eſt ἀλκήν· ſed de virtute, motu et impetu pugnantis; ſolent haec comparari cum igni late proxima vaſtante; vt in illo: ὣς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο. — 332. κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον. mutuo ſe cohortando in pugna in eum irruebant cuncti. — 333. ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσι. in interuallo inter vallum et naues; ante naues, quarum puppes in terram ſpectabant.

334. 337. Vtraque acies inuicem miſcentur ſic, vt ventorum procellae colliguntur in eundem turbinem. Quod vſ. 335. 6. puluis concitatur, non comparationem facit, ſed ad comparationem ornandam adiectum puta. σπέρχωσιν vel, concitant puluerem, vel, quod malim, ſe, h. e. ruunt. — 336. οἵ τ' ſc. ἄνεμοι. — 337. ὣς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη. ſic horum conflictus fiebat; talis erat; ὣς οὗτοι ἦλθον ὁμόσε, συνῆλθον, μαχόμενοι· μέμασαν δ' ἐνὶ θυμῷ, et toto animo ruebant in caedes mutuas.

Digitized by Google

ἀλλήλους καθ' ὅμιλον ἐναιρέμεν ὀξέϊ χαλκῷ·
ἔφριξε δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι
μακρῇς, ἃς εἶχον ταμεσίχροας· ἔσσε δ' ἄμερδεν
αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἀπὸ λαμπομενάων,
θωρήκων τε νεοσμήκτων, σακέων τε φαεινῶν,
ἐρχομένων ἄμυδις· μάλα κε θρασυκάρδιος εἴη,
ὅς τότε γηθήσειεν ἰδὼν πόνον, οὐδ' ἀκάχοιτο.
Τὼ δ', ἀμφὶς φρονέοντε, δύω Κρόνου υἷε κραταιὼ
ἀνδράσιν ἡρώεσσι τετεύχετον ἄλγεα λυγρά.
Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην,
κυδαίνων Ἀχιλῆα πόδας ταχύν· οὐ δ' ὅγε πάμπαν
ἤθελε λαὸν ὀλέσθαι Ἀχαιϊκὸν Ἰλιόθι πρό·
ἀλλὰ Θέτιν κύδαινε καὶ υἱέα καρτερόθυμον.

344 ΓΗΘΗΣΕΙΕ FIΔΩΝ 349 ΑΧΑΙΙΚΟΝ FIΛΙΟΘΙ ΠΡΟ. fuit ΑΧΑΙΩΝ

cum hoc arte coniuncta ſunt ſeqq. et, quae poſt ea, quae ad ornandam et declarandam rem interpoſita ſunt, finem faciunt, vſ. 343. 4. *μάλα κε θρασυκάρδιος εἴη* — propter has caedes et vulnera ferociſſimus quisque animo commotus fuiſſet pugnae adſpectu. — 343. *ἐρχομένων ἄμυδις*, *συνελθόντων*. *μάλα κε θρασυκάρδιος εἴη*. debet eſſe animo duro, inhumano, atroce. vt is adſpectu vulnerum et caedium non cohorruiſſet; poſſuit generalius: *ἀκάχοιτο*, proprie enim talis aſpectus mouet horrore et miſeratione: *ἀκαχέσθαι*, *λυπεῖσθαι*, inf. 552 *ἄχθεσθαι*.

345. *τὼ δ'*, *ἀμφὶς φρονέοντε*, diuerſas partes tuentes. Alias *νόσφι φρονεῖν*. Oppoſitum eſt *ὁμοφρονεῖν*. — 346. *τετεύχετον ἄλγεα λυγρά*. *ἔτευχον* illi, pararunt mala foeda, vulnera et caedes, pugnantibus. — 347. *Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι*. Diſertius nunc Iouis conſilium aperitur, quam adhuc factum erat: vid. ad A, 5, — 350. *κύδαινε*, *κυδαίνειν*

Ἀργείους δὲ Ποσειδάων ὀρόθυνε μετελθὼν
λάθρῃ, ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός· ἤχθετο γάρ ῥα
Τρωσὶν δαμναμένους, Διὶ δὲ κρατερῶς ἐνεμέσσα.
ἦ μὲν ἀμφοτέροισιν ὁμὴν γένος, ἠδ' ἴα πάτρη,
ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδη. 355
τῷ ῥα καὶ ἀμφαδίην μὲν ἀλεξέμεναι ἀλέεινε,
λάθρῃ δ' αἰὲν ἔγειρε κατὰ στρατὸν, ἀνδρὶ ἐοικώς.

355 ΠΛΕΙΟΝΑ ΓΗΙΔΗΙ 357 ΑΝΔΡΙ ΓΕΓΟΙΚΩΣ

ἤθελε, deae dignitatem vindicando, dum vlciſcitur iniuriam filio factam.

351. 2. Neptunus, non nunc demum ἐξαναδὺς ἁλὸς, ſed iam ſup. 31. ergo redde: Neptunus, qui eo conſilio e mari emerſerat, ὀρόθυνεν Ἀχαιοὺς, et retrahe huc, vt feci λάθρῃ, nam et ſequitur vſ. 357 λάθρῃ δ' αἰὲν ἔγειρε. ἤχθετο γάρ ῥα (διὰ τοὺς Ἀχαιοὺς) δαμναμένους Τρωσὶν (ὑπὸ τῶν Τρώων.) ἤχθετο γάρ ῥα „dolebat enim vt dixi.“ Clarke. — 354. ἦ μὲν ἀμφοτέροισι — ἴα πάτρη, ſtirps, gens, eadem. — 355. πλείονα ᾔδη. ex antiquo ſermone et populorum rudiorum, etiamnum obtinente, iudicio et vſu, declaratio ſollennis aetatis maturae aut ſenectutis, a rerum peritia et experientia, qua iuuenilem aetatem antecedit; cf. inf. T, 218. 219. Φ, 449 ſq. Od. B, 16. Abiit res ita in vſum vulgarem, vt etiam is, qui maior natu eſſet fratre, etſi paucorum annorum interuallo, iisdem verbis declararetur, vt h. l. Iupiter. — 356. τῷ ῥα καὶ non ad vltima eſt referendum, quod πλείονα ᾔδη, ſed quod maior natu frater erat: huic enim, ex more iſtarum aetatum, reuerentia debetur; adſunt huic Erinnyes, ſi a fratre natu minore, iniuria ei fiat; v. inf. O, 204.

357. λάθρῃ δ' αἰὲν ἔγειρε ſcil. τοὺς Ἀχαιοὺς κατὰ στρατὸν, aut, quod malim, ἔγειρε μάχην, πόλεμον, μένος, νεῖκος, quae fere ſo-

τὼ δ' ἔριδος κρατερῆς καὶ ὁμοίου πολέμοιο
πεῖραρ, ἐπαλλάξαντες, ἐπ' ἀμφοτέροισι τάνυσσαν,
ἄῤῥηκτόν τ' ἄλυτόν τε, τὸ πολλῶν γούνατ' ἔλυσεν.
Ἔνθα, μεσαιπόλιός περ ἐών, Δαναοῖσι κελεύσας
Ἰδομενεὺς, Τρώεσσι μεταλμενος ἐν Φόβον ὦρσε·
πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα, Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα.

358 f. ὁμοιόφι πτολέμοιο 362 Vulg. Τρώεσσιν ἐπάλμενος

lent adiungi. — 358. 9. Iunge: τὼ δὲ ἐπετάνυσσαν ἀμφοτέροις πεῖραρ ἔριδος καὶ πολέμου, ἐπαλλάξαντες. πεῖραρ, πέρας, τέλος, eſt ora funis. h. l. pro plurali, πείρατα, aut accipe πεῖραρ ſimpliciter pro fune. Petitum eſt a duobus de manuum vi et robore certantibus, cum tenent vtrinque funem extremis partibus, oris, et alter alteri vt manu extorqueat annituntur. Fuit hoc habitum inter luſuum genera; exemplum habemus in gemma Muſei Flor. To. II, tab. 83, 5. et alludit eo Horatius in verſu: ne funis eat retro. Dictum iam de his, ſi bene memini, ad Λ, 336. Similis luſus fuit orientis, annulo vtrinque manu apprehenſo, qui in Anaglyphis Perſepolitanis viſitur. Ceterum comparatio cum comparato eſt permixta: vt duo contendentes funem vtrinque adducunt, intendunt, ἐπαλλάξαντες, dum modo hic modo alter validius intendit: ſic intendebant pugnam Iupiter et Neptunus, vt modo Troiani modo Achiui nouum robur ſumerent, ſuperiores fierent. v. Obſſ. Ad ornatum ſpectant adiecta, quod πεῖραρ eſt ἄῤῥηκτον, ἄλυτον, quandoquidem pertinaciter pugnatur, nec alterutra pars de loco cedit.

361—384. Othryoneum necat Idomeneus et corpus ſpoliare parat.

361. μεσαιπόλιος qui iam ſparſim mixtos habet canos. — 362. ἐνῶρσε Φόβον, ἐνέβαλε Φυγὴν, vt Sch. br. — 363. *Cabeſius* vrbs Thraciae. v. Obſſ. ἔνδον ἐόντα erat in domo Priami tanquam gener futurus. v. Obſſ. —

Digitized by Google

ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει·
ἤτεε δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην,
Κασσάνδρην, ἀνάεδνον· ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον,
ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν·
τῷ δ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο, καὶ κατένευσε
δωσέμεναι· ὁ δὲ μάρναθ', ὑποσχεσίῃσι πιθήσας.
Ἰδομενεὺς δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ,
καὶ βάλεν ὕψι βιβάντα τυχών· οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ
χάλκεος, ὃν φορέεσκε, μέσῃ δ' ἐν γαστέρι πῆξε·
δούπησε δὲ πεσών· ὁ δ' ἐπεύξατο, φώνησέν τε·
Ὀθρυονεῦ, πέρι δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων,
εἰ ἐτεὸν δὴ πάντα τελευτήσεις, ὅσ' ὑπέστης
Δαρδανίδῃ Πριάμῳ· ὁ δ' ὑπέσχετο θυγατέρα ἣν.
καί κέ τοι ἡμεῖς ταῦτά γ' ὑποσχόμενοι τελέσαιμεν·

365 ΕΙΔΟΣ 366 ΑΝΑΕΔΝΟΝ — ΜΕΓΑ ΕΡΓΟΝ 367 ΑΕΚΟΝΤΑΣ 376 ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΗΝ

364. πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει. *audita fama de bello.* Sane eum *nuper* demum aduenisse, *bello* iam per multos annos protracto, mirari licet; sed in poeta, in quem *in rebus ornandis* subtilitas historica non cadit, talia vrgere velle ineptum esset. Potuit tamen iam ante multos annos ei innotuisse bellum inter Achivos et Troianos; et tamen nuper demum venisse Troiam, consilio hoc nunc demum capto. — 365. ἤτεε δέ. *petierat autem.* — 366. ἀνάεδνον, siue vt ipse nulla ἕδνα daret, siue vt nulla acciperet. Antiquiores prius sequuntur. — 369. ὑποσχεσίῃσι πιθήσας erectus spe Cassandrae sibi pactae. — 370. (κατ') αὐτοῖο τιτύσκετο. et τυχὼν sc. αὐτοῦ. non τυχὼν βιβάντα. — 374. αἰνίζομαι, praedicandum esse censeo, vel praedicabo. Ceterum ferocia heroum ingenia in hac irrisione et

Digitized by Google

δοῖμεν δ' Ἀτρείδαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην,
Ἄργεος ἐξαγαγόντες, ὀπυιέμεν· εἴ κε σὺν ἄμμιν
Ἰλίου ἐκπέρσῃς εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.
ἀλλ' ἔπευ, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα ποντοπόροισιν
ἀμφὶ γάμῳ· ἐπεὶ οὔτοι ἐεδνωταὶ κακοὶ εἰμέν.

Ὣς εἰπὼν, ποδὸς εἶλκε κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην
ἥρως Ἰδομενεύς. τῷ δ' Ἄσιος ἦλθεν ἀμύντωρ,
πεζὸς πρόσθ' ἵππων· τὼ δὲ πνείοντε κατ' ὤμων
αἰὲν ἔχ' ἡνίοχος θεράπων· ὁ δὲ ἵετο θυμῷ
Ἰδομενῆα βαλεῖν· ὁ δέ μιν φθάμενος βάλε δουρὶ
λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν.
ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωΐς,
ἠὲ πίτυς βλωθρὴ, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες

378 ΓΕΙΔΟΣ 380 ΓΙΛΙΟΥ 382 ΕΓΕΔΝΩΤΑΙ
383 ΓΕΙΠΩΝ 386 ΙΟ ΔΕ ΓΙΕΤΟ

ſarcaſmo, immanitatem arguente, ad meliores mores, multo minus ad ſapientiam meliorem, non eſſe exigenda, facile ſentis. — 381. ὄφρα συνώμεθα ἀμφὶ γάμῳ *paciſcamur*. nam συνίενται, committuntur in vnum locum et ſermonem, qui paciſcuntur, v. Obſſ.

383 — 410. Idomeneo, Othryonei corpus abstracturo, occurrit Aſius, ſed Idomenei haſta transfixus cadit; tum auriga eius caeſo equos abigit Antilochus.

383. εἷλκεν (ἐκ) ποδός. per turbam pugnantum, vt eum ſpoliaret. — 385. πεζὸς πρόσθ' ἵππων. deſcenderat curru (v. M, 110 ſq.) Aſius, et equos a tergo habebat; idem ille, qui antea curru ſolus inuehi volebat in caſtra per vallum. — 388. βάλε μιν (κατὰ) λαιμὸν, in gutture ſub mento.

389. Aſii ingentem corporis ſpeciem memorauerat ſupra M, 136 μέγαν Ἄσιον. — ἀχερωΐς, *populus alba*. v. V. L. — 390. βλωθρὴ,

ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι, νήϊον εἶναι·
ὣς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθείς,
βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.
ἐκ δέ οἱ ἡνίοχος πλήγη φρένας, ἃς πάρος εἶχεν·
οὐδ' ὄγε τόλμησεν, δηΐων ὑπὸ χεῖρας ἀλύξας,
ἂψ ἵππους στρέψαι· τὸν δ' Ἀντίλοχος μενεχάρμης
δουρὶ μέσον περόνησε τυχών· οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ
χάλκεος, ὃν φορέεσκε, μέσῃ δ' ἐν γαστέρι πῆξεν.
αὐτὰρ ὄγ' ἀσθμαίνων εὐεργέος ἔκπεσε δίφρου·
ἵππους δ' Ἀντίλοχος, μεγαθύμου Νέστορος υἱὸς,
ἐξέλασε Τρώων μετ' εὐκνήμιδας Ἀχαιούς.

Δηΐφοβος δὲ μάλα σχεδὸν ἦλυθεν Ἰδομενῆος,
Ἀσίου ἀχνύμενος, καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ·
ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος
Ἰδομενεύς· κρύφθη γὰρ ὑπ' ἀσπίδι πάντοσ' ἐίσῃ,
τὴν ἄρ' ὅγε ῥινοῖσι βοῶν καὶ νώροπι χαλκῷ
δινωτὴν φορέεσκε, δύω κανόνεσσ' ἀραρυῖαν·

394 ΕΚ ΔΕ ΓΟΙ 399 ΕΤΡΕΡΓΕΟΣ 404 ΑΝΤΑ ΓΙΔΩΝ 405 ΕΓΙΣΗΙ

procera v. Obſſ. — 393. *βεβρυχὼς dentibus frendens* v. V. L. — 394. *ἐξεπλάγη τὰς φρένας ὁ ἡνίοχος αὐτοῦ.* — 395. Proprie deb. *οὐκ ἐτόλμησεν ἵππους ἂψ στρέψας ὑπαλύξαι χεῖρας δηΐων.*

402—412. Deiphobus Aſii caedem vlturus haſtam in Idomeneum emittit, quae ab illo euitata, ferit Hypſenorem, Hippaſi f. hominem aliunde non notum; qui tamen inter principes Pyliorum eſſe debuit.

407, *τὴν ἄρ δινωτὴν φορέεσκε. κυκλοτερῆ, rotundam* ſimpliciter, *δύω κανόνεσσ' ἀραρυῖαν, ἔχουσαν δύο κανόνας, ἀραρότας*, duabus virgis ex aere cauo clipei praetextis, quibus inſertum erat brachium ad regendum clipeum, v. ſup. ad Θ, 193.

τῇ ὕπο πᾶς ἐάλη, τὸ δ' ὑπέρπτατο χάλκεον ἔγχος·
καρφαλέον δέ οἱ ἀσπὶς ἐπιθρέξαντος ἄϋσεν
ἔγχεος. οὐ δ' ἄλιόν ῥα βαρείης χειρὸς ἀφῆκεν,
ἀλλ' ἔβαλ' Ἱππασίδην Ὑψήνορα, ποιμένα λαῶν,
ἦπαρ ὑπὸ πραπίδων, εἶθαρ δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε.
Δηίφοβος δ' ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας·

Οὐ μὲν αὖτ' ἄτιτος κεῖτ' Ἄσιος· ἀλλά έ φημὶ,
εἰς Ἀϊδός περ ἰόντα πυλάρταο κρατεροῖο,
γηθήσειν κατὰ θυμόν· ἐπεί ῥά οἱ ὤπασα πομπόν.

Ὣς ἔφατ'· Ἀργείοισι δ' ἄχος γένετ' εὐξαμένοιο·
Ἀντιλόχῳ δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινεν·
ἀλλ' οὐδ', ἀχνύμενός περ, ἑοῦ ἀμέλησεν ἑταίρου,
ἀλλὰ θέων περίβη, καί οἱ σάκος ἀμφεκάλυψε.
τὸν μὲν ἔπειθ' ὑποδύντε δύω ἐρίηρες ἑταῖροι,
Μηκιστεὺς, Ἐχίοιο πάϊς, καὶ δῖος Ἀλάστωρ,
νῆας ἐπὶ γλαφυρὰς φερέτην, βαρέα στενάχοντε.
Ἰδομενεὺς δ' οὐ λῆγε μένος μέγα· ἵετο δ' αἰεὶ
ἠέ τινα Τρώων ἐρεβεννῇ νυκτὶ καλύψαι,

408 ΕΓΑΛΗ 409 ΔΕ FOI 414 ΑΛΛΑ ΓΕ 416 PA FOI 420 FOI 424 ΜΕΓΑ FIETO

— 408. ἐάλη. συνεστάλη. συνεστράφη. *se collegit in arma.* v. Obſſ. — 409. καρφαλέον ἄϋσεν de certo genere ſoni acuti. vt Virgil. *aridus fragor.* ἐπιθρέξαντος, *haſta ſuperuolante ad extremam oram clipei:* ita vt aurae percuſſu reſonaret aes.

413—423. Deiphobo de Hypſenore caeſo gloriante Antilochus Hypſenoris caeſi corpus tuetur et in caſtra reportat.

420. περίβη. περιέβη tutandi cauſſa. v. Obſſ. — 422. Iidem homines ſup. Θ, 333 memorati.

423—444. Idomeneus caedit Alcathoum.

ἢ αὐτὸς δουπῆσαι, ἀμύνων λοιγὸν Ἀχαιοῖς.
ἔνθ' Αἰσυήταο Διοτρεφέος φίλον υἱὸν
ἥρω' Ἀλκάθοον· — γαμβρὸς δ' ἦν Ἀγχίσαο·
πρεσβυτάτην δ' ὤπυιε θυγατρῶν Ἱπποδάμειαν,
τὴν πέρι κῆρι φίλησε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
ἐν μεγάρῳ· πᾶσαν γὰρ ὁμηλικίην ἐκέκαστο
κάλλεϊ, καὶ ἔργοισιν, ἰδὲ φρεσί· τοὔνεκα καί μιν
γῆμεν ἀνὴρ ὤριστος ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ·
τὸν τόθ' ὑπ' Ἰδομενῆϊ Ποσειδάων ἐδάμασσε,
θέλξας ὄσσε φαεινά, πέδησε δὲ φαίδιμα γυῖα.
οὔτε γὰρ ἐξοπίσω φυγέειν δύνατ', οὔτ' ἀλέασθαι·
ἀλλ', ὥστε στήλην, ἢ δένδρεον ὑψιπέτηλον,
ἀτρέμας ἑσταότα, στῆθος μέσον οὔτασε δουρὶ
ἥρως Ἰδομενεύς, ῥῆξεν δέ οἱ ἀμφὶ χιτῶνα

432 ΕΡΓΟΙΣΙ 439 ΡΗΞΕΝ ΔΕ ΟΙ

427. *Alcathous, Aesyetae* f. eiusdem forte, cuius tumulus memoratur B, 793. ad quem loc. vide. Duxerat *Hippodamiam*, Anchisae f. Aeneae sororem: cf. Exc. I* ad lib. IX Aeneidis.

430. πέρι, περισσῶς v. V. L. 431. ἐν μεγάρῳ, οὖσαν, adeoque *adhuc virginem*, antequam ducta erat. Hoc voluit Ernesti.

431. πᾶσαν γὰρ ὁμηλικίην. κατὰ πάσας ὁμήλικας ipsa erat insignis, *eminebat*, ἐκέκαστο, forma, solertia et prudentia. — 434. Ποσειδάων ἐδάμασσε μιν. Epicum inuentum, quod Neptuno hoc tribuitur, vt inf. Π, 791 Apollini, cum Patroclus viribus exhaustus deliquium patitur; h. l. stupore corripitur Alcathous e repentino malo: vertigine captus de loco decedere nequit. — 439. ἀμφιέρρηξέν οἱ χιτῶνα χ. loricam perrupit hasta. — tum lorica 441. αὖον ἄϋσεν, vt 409 καρφαλέον, acute, ὀξύ. περιβρεικόμενος (σὺν) δουρί. περισχιζόμενος. διαῤῥηγνύμενος.

χάλκεον, ὅς οἱ πρόσθεν ἀπὸ χροὸς ἦρκει ὄλεθρον, 440
δὴ τότε γ' αὖον ἄϋσεν, ἐρεικόμενος περὶ δουρί.
δούπησε δὲ πεσών, δόρυ δ' ἐν κραδίῃ ἐπεπήγει,
ἦ ῥά οἱ, ἀσπαίρουσα, καὶ οὐρίαχον πελέμιζεν
ἔγχεος· ἔνθα δ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης· 445
Ἰδομενεὺς δ' ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας·
Δηίφοβ', ἦ ἄρα δή τι εἴσκομεν ἄξιον εἶναι,

440 ΙΟΣ FOI 443 ΗΡΑ FOI. vulg. πελέμιξεν. 446 ΔΗ ΤΙ ΓΕΙΣΚΟΜΕΝ

— 441. ἄϋσε thorax haud dubie. — 443. ἦ ῥα οἱ. Ordo: ἦ ῥα καὶ, ἀσπαίρουσά οἱ, πελέμιζεν οὐρίαχον. *cor eius palpitans tremefaciebat etiam ipſum inferiorem haſtae cuſpidem.* Quod an vere narratum ſit, v. Obſſ. — 444. ἔνθα δ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης. Difficile eſt, ſententiam verborum ſatis expedire. μένος eſſe poteſt Martis: ita eſt: *tum vero Mars remiſit vim ſuam;* poteſt eſſe Alcathoi, ita vero ἀφίει eſſet, *dimiſit vitam eius Mars;* tandem μένος haſtae, impetus, quo ferebatur haſta; et de hac μένος accipere iubet alter locus Π, 613. ita ſenſus: *tunc Mars impetum haſtae fecit remittere ſe ac ceſſare:* quae eſſet ſimplicſſima interpretatio: v. Obſſ. Ita tamen ἀφιέναι transitiue vix recte dicitur. Veteres Ἄρην accepere dictum pro σίδηρος, vt ſit ipſa haſta. Eſt ſane inſolens notio; videtur tamen poſſe defendi, quatenus ad Martem referuntur omnia quae in pugna fiunt; acies, pugna ipſa, virtus, caedes, ergo et arma, quibus caedes infertur.

445 — 455. Idomeneus gloriatur de Alcathoo caeſo, cum irriſione Deiphobi.

446. ἦ ἄρα δή τι εἴσκομεν, vel: *nunc vtique cenſeo*, vel interrogando: *an probabiliter exiſtimo?* ἄξιον εἶναι, ſcil. χρῆμα, h. e. ἀντάξιον, *aequiparandam rem eſſe*, compenſationis loco hoc eſſe, τρεῖς ἑνὸς ἀντιτεθάσθαι, *quod tres pro vno caeſi ſint:* tres

τρεῖς ἑνὸς ἀντιπεφάσθαι, ἐπεὶ σύ περ εὔχεαι οὕτως;
δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐναντίος ἵστασ' ἐμεῖο,
ὄφρα ἴδῃ, οἷος Ζηνὸς γόνος ἐνθάδ' ἱκάνω·
ὃς πρῶτος Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον·
Μίνως δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Δευκαλίωνα·
Δευκαλίων δ' ἐμὲ τίκτε, πολέσσ' ἄνδρεσσιν ἄνακτα
Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ· νῦν δ' ἐνθάδε νῆες ἔνεικαν,
σοί τε κακὸν, καὶ πατρὶ, καὶ ἄλλοισι Τρώεσσιν.
Ὣς φάτο· Δηίφοβος δὲ διάνδιχα μερμήριξεν,
ἢ τινά που Τρώων ἑταρίσσαιτο μεγαθύμων,
ἂψ ἀναχωρήσας· ἢ πειρήσαιτο καὶ οἷος.
ὧδε δέ οἱ Φρονέοντι, δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
βῆναι ἐπ' Αἰνείαν· τὸν δ' ὕστατον εὗρεν ὁμίλου

447 Vulg. αὐτως. 449 ΟΦΡΑ ΓΙΔΗΙ. vulg. ἴδῃς
452 ΑΝΔΡΕΣΣΙ ΓΑΝΑΚΤΑ 458 ΔΕ ΟΙ

Troiani, Othryoneus, Aſius, Alcathous, pro vno ex Achivis Hypſenore a Deiphobo caeſo. τι pro κατά τι, adiungendum τῷ, ἐίσκομεν, quod bene Erneſti monet. Inf. Ξ, 471 ἦ ἐὴ οὐχ οὗτος ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντιπεφάσθαι ἄξιος; *qui aequiparari poſſit cum Prothoenore caeſo;* — 449. Locus de Idomenei ſtirpe notandus, ad quem prouocant viri docti. — 450. ἐπίουρον, regem, ἄρχοντα. v. Obſſ. Confunditur Minos I et II. multo ſerior; quo in errore praeiuit Homerus multis aliis, etiam Apollod. III, 1. ad q. vide. Obſeruatus error paſſim a chronographis.

455—469. Deiphobus ſocium ſibi aduerſus Idomeneum adiungit Aeneam.

457. πειρήσαιτο ſc. τοῦ Ἰδομενέως an ſolus cum Idomeneo congrederetur. — 459. Simultas Aeneam inter et Priamum inter obſcuriores narrationes referenda: orta forte ex eo, quod ſibi inſidias ab opibus Aeneae timebat Priamus. v. ad Virgil. Aen. IX Exc. I*

Digitized by Google

ἑσταότ'· αἰεὶ γὰρ Πριάμῳ ἐπεμήνιε δίῳ, 460
οὕνεκ' ἄρ', ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν, οὔ τι τίεσκεν·
ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε, νῦν σε μάλα χρὴ
γαμβρῷ ἀμυνέμεναι, εἴπερ τί σε κῆδος ἱκάνει.
ἀλλ' ἕπευ, Ἀλκαθόῳ ἐπαμύνομεν, ὅς σε πάρος γε 465
γαμβρὸς ἐὼν ἔθρεψε, δόμοις ἔνι, τυτθὸν ἐόντα·
τὸν δέ τοι Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἐξενάριξεν.

Ὣς φάτο· τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε·
βῆ δὲ μετ' Ἰδομενῆα, μέγα πτολέμοιο μεμηλώς.
ἀλλ' οὐκ Ἰδομενῆα Φόβος λάβε, τηλύγετον ὥς, 470
ἀλλ' ἔμεν', ὡς ὅτε τις σῦς οὔρεσιν ἀλκὶ πεποιθώς,
ὅστε μένει κολοσυρτὸν ἐπερχόμενον πολὺν ἀνδρῶν
χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν·
ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον αὐτὰρ ὀδόντας
θήγει, ἀλέξασθαι μεμαὼς κύνας ἠδὲ καὶ ἄνδρας. 475
ὣς μένεν Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς, οὐδ' ὑπεχώρει,

462 ΙΣΤΑΜΕΝΟΣ ΓΕΠΕΑ 465 Vulg. πάρος πε
474 ΑΡΑ ΓΟΙ

464. γαμβρῷ. nunc ſororis marito: vt ſup. 428. 9. vidimus. ἀμύνειν autem ei debet, ne eius corpus ſpolietur. — 469. μέγα πτολέμοιο μεμηλώς. *ſtagrans cupiditate pugnandi* iam ſup. 297.

470 — 495. Idomeneus imperterritus manet in ſtatione, ſociosque et ipſe arceſſit.

470. τηλύγετον ὥς. *tanquam puerum tenellum.* — 472. κολοσυρτὸν ἀνδρῶν *turbam venantium* μένει, ex natura apri, in ſtatu excipit, ſuſtinet, manet. cf. ſup. M, 146 ſqq. — 476. ἔμενεν Αἰνείαν Idomeneus. *Aſcalaphus* Martis f. erat inter duces Boeotorum, B, 512 habitus inter fortiſſimos, etiam accenſus caſtro-

Αἰνείαν ἐπιόντα βοὴ θοόν· αὖε δ' ἑταίρους,
Ἀσκάλαφόν τ' ἐσορῶν, Ἀφαρῆά τε, Δηίπυρόν τε,
Μηριόνην τε, καὶ Ἀντίλοχον, μήστωρας ἀϋτῆς·
τοὺς ὅγ' ἐποτρύνων ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Δεῦτε, φίλοι, καί μ' οἴῳ ἀμύνετε· δείδια δ' αἰνῶς
Αἰνείαν ἐπιόντα πόδας ταχὺν, ὅς μοι ἔπεισιν·
ὅς μάλα καρτερός ἐστι μάχῃ ἔνι φῶτας ἐναίρειν·
καὶ δ' ἔχει ἥβης ἄνθος, ὅ τε κράτος ἐστὶ μέγιστον.
εἰ γὰρ ὁμηλικίῃ γε γενοίμεθα τῷδ' ἐπὶ θυμῷ,
αἶψά κεν ἠὲ φέροιτο μέγα κράτος, ἠὲ φεροίμην.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες, ἔναι φρεσὶ θυμὸν ἔχοντες
πλησίοι ἔστησαν, σάκε' ὤμοισι κλίναντες.
Αἰνείας δ' ἑτέρωθεν ἐκέκλετο οἷς ἑτάροισι,
Δηΐφοβόν τε, Πάριν τ' ἐσορῶν, καὶ Ἀγήνορα δῖον,
οἵ οἱ ἅμ' ἡγεμόνες Τρώων ἔσαν· αὐτὰρ ἕπειτα
λαοὶ ἕποντ', ὡσεί τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα
πιόμεν' ἐκ βοτάνης· γάνυται δ' ἄρα τε φρένα ποιμήν·

480 ΓΕΠΕΑ 481 Vulg. ἀμύνατε γεγενοίμεθα et τῷδ' ἐνὶ θυμῷ. 485 Vulg. ὁμηλικίῃ 489 ΕΚΕΚΛΕΤΟ ΓΟΙΣ 491 ΓΟΙ ΓΟΙ ΓΑΜ

rum excubiis I, 82 cum *Aphareo* et *Deipyro* caesus inf. 518. *Aphareus* Caletoris f. caesus ab Aenea inf. 541. memoratus iam inter promachos I, 83. *Deipyrus*: de quo sup. 92. Caeditur ab Heleno inf. 576. — 485. ὁμηλικίῃ. εἰ ὁμήλικες εἴημεν, σὺν τῷδε θυμῷ. — 486. aut ipse victoriam de me aut ego de ipso auferrem h. *statim congressurus essem*. — 488. σάκε' ὤμοισι κλίναντες *admouendo*. Faciunt συνασπισμὸν, v. sup. ad Λ, 592.

490. *Agenor* Antenoris f. Λ, 59. — 493. πιόμεν' ἐκ βοτάνης. *Pastu facto potum ductae*. μεθέσπετο sequi solent κτίλον. Ornat

ὡς Αἰνείᾳ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γεγήθει,
ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἐπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ.
οἱ δ' ἀμφ' Ἀλκαθόῳ αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν
μακροῖσι ξυστοῖσι· περὶ στήθεσσι δὲ χαλκὸς
σμερδαλέον κναύβιζε, τιτυσκομένων καθ' ὅμιλον
ἀλλήλων· δύο δ' ἄνδρες Ἀρήϊοι ἔξοχον ἄλλων,
Αἰνείας τε, καὶ Ἰδομενεὺς, ἀταάλαντοι Ἄρηϊ,
ἵεντ' ἀλλήλων ταμέειν χρόα νηλεῖ χαλκῷ.
Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀκόντισεν Ἰδομενῆος·
ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος·
αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη κατὰ γαίης
ὤχετ', ἐπεί ῥ' ἄλιον στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ἔρυσεν.
Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Οἰνόμαον βάλε γαστέρα μέσσην·
ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς
ἤφυσ'· ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.

495 ΓΙΔΕ — ΓΕΘΝΟΣ ΕΠΙΣΠΟΜΕΝΟΝ ΓΕΟΙ ΑΤΤΩΙ. 501 ΓΙΕΝΤ 503 ΑΝΤΑ ΓΙΔΩΝ 506 ΑΡΑ ΓΟΙΝΟΜΑΟΝ

et amplificat adiectum: γάνυται etc. Elicit simul inde poeta nouam comparationem. — 494. γεγήθει. bene comparat Koeppen κυδιόων λαοῖσι sup. B, 479 et Hesiod. Sc. H. 26. 27. laetatur ferociente cum superbia copias intuens.

496—515. Circa Alcathoi (caesi 427.) corpus pugnatur; congrediuntur Idomeneus et Aeneas: hic frustra emissa hasta; ille ferit Oenomaum; nec tamen spoliat.

498. τιτυσκομένων. *hasta petentibus* atque ideo *ferientibus illis se inuicem.* — 504. terrae infixa est hasta sic vt aliquamdiu contremisceret. v. Obss.

506. *Oenomaus* erat inter principes cum Asio castra oppugnantes M, 140. — 507. θώρηκος γύαλον, *cauum thoracis* omninoque *thoracem.* v. Obss. χαλκὸς

Ἰδομενεὺς δ' ἐκ μὲν νέκυος δολιχόσκιον ἔγχος
ἐσπάσατ', οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἄλλα δυνήσατο τεύχεα καλὰ
ὤμοιϊν ἀφελέσθαι· ἐπείγετο γὰρ βελέεσσιν.
οὐ γὰρ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα ποδῶν ἦν ὁρμηθέντι,
οὔτ' ἄρ' ἐπαΐξαι μεθ' ἑὸν βέλος, οὔτ' ἀλέασθαι.
τῷ ῥα καὶ ἐν σταδίῃ μὲν ἀμύνετο νηλεὲς ἦμαρ,
τρέσσαι δ' οὐκέτι ξίμφα πόδες φέρον ἐκ πολέμοιο.
τοῦ δὲ βάδην ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
Δηΐφοβος· δὴ γάρ οἱ ἔχε κότον ἐμμενὲς αἰεί·
ἀλλ' ὅγε καὶ τόθ' ἅμαρτεν, ὁ δ' Ἀσκάλαφον βάλε δουρὶ
υἱὸν Ἐνυαλίοιο, δι' ὤμου δ' ὄβριμον ἔγχος [ῥὶ,
ἔσχεν· ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.
οὐδ' ἄρα πώ τι πέπυστο βριήπυος ὄβριμος Ἄρης
υἱὸς ἑοῖο πεσόντος ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ·
ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἄκρῳ Ὀλύμπῳ ὑπὸ χρυσέοισι νέφεσσιν

513 ΜΕΤΑ ΦΟΝ 517 ΓΑΡ ΦΟΙ

διήφυσε τὰ ἔντερα vt iterum inf. 517. fecit vt effluerent. Sup. Δ, 525 ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι χύντο χαμαὶ χολάδες. — 513. οὔτ' ἄρ' — οὔτ' ſc. ὥςτε ἐπαΐξαι — ὥςτε ἀλέασθαι. — 515. ὡς δὲ τρέσσαι recedere e pugna, et in ordines ſuos ſe recipere, quoties maior hoſtium vis ingruens ſuſtineri non poſſet.

516—525. Idomeneum recedentem Deiphobus haſta petit; aberrans ab eo Aſcalaphum ſternit Martis filium. — 517. ἔχε κότον, quod antea haſta ab eo aberrauerat, 404 dum contra Idomeneus tres Troianos proſtrauerat 447. — 518. *Aſcalaphus* ſup. 478. e Boeotorum ducibus B, 512. Quae 521—525 adiiciuntur, ſpectant inf. ad O, 110 ſq. — 521. βριήπυος Ἄρης. μεγαλόφωνος v. V. L. — 523. ἄκρῳ Ὀλύμπῳ ὑπὸ χρ. νέφεσσι. Ergo nunc ſuper Olympo nubes ſunt, et ſuper deorum conſeſſu: v.

ἧστο, Διὸς βουλῇσιν ἐελμένος, ἔνθα περ ἄλλοι
ἀθάνατοι θεοὶ ἦσαν ἐεργόμενοι πολέμοιο.
οἱ δ' ἀμφ' Ἀσκαλάφου αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν·
Δηΐφοβος μὲν ἀπ' Ἀσκαλάφου πήληκα φαεινὴν
ἧρπασε· Μηριόνης δὲ θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ
δουρὶ βραχίονα τύψεν ἐπάλμενος, ἐκ δ' ἄρα χειρὸς
αὐλῶπις τρυφάλεια χαμαὶ βόμβησε πεσοῦσα.
Μηριόνης δ' ἐξαῦτις ἐπάλμενος, αἰγυπιὸς ὡς,
ἐξέρυσε πρυμνοῖο βραχίονος ὄβριμον ἔγχος·
ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο. τὸν δὲ Πολίτης,
αὐτοκασίγνητος, περὶ μέσσῳ χεῖρε τιτήνας,
ἐξῆγε πτολέμοιο δυσηχέος, ὄφρ' ἵκεθ' ἵππους
ὠκέας, οἵ οἱ ὄπισθε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
ἕστασαν, ἡνίοχόν τε καὶ ἅρματα ποικίλ' ἔχοντες·
οἳ τόν γε προτὶ ἄστυ φέρον βαρέα στενάχοντα,

524 ΕΓΕΛΜΕΝΟΣ vel ΒΟΤΛΗΙΣΙ ΓΕΓΕΛΜΕΝΟΣ
525 ΕΓΕΡΓΟΜΕΝΟΙ 533 ΕΣ ΓΕΘΝΟΣ 536
ΗΟΙ ΓΟΙ 538 ΠΡΟΤΙ ΓΑΣΤΤ

ad Il. A. Exc. de Olympo. — 524. Mars autem cum ceteris diis aberat, arcebatur a pugna, e Iouis mandato sup. Λ, 75 sq. inde ab Il. Θ, pr. ἐελμένος, non *inclusus*, συγκεκλεισμένος, vt reddunt, sed coercitus, exclusus a pugna, quod mox ἐεργμένος (ἀπὸ τοῦ) πολέμοιο, μάχης· vetito, ne pugnae dii se interponerent.

526—539. Pugnatur de Ascalapho spoliando. Deiphobus galeam eius abstulerat; vulneratus is a Merione pugna excedit.

530. αὐλῶπις τρυφάλεια. v. ad Il. E, 182. est galea instructa alueolo, cui inseritur crista, λόφος.

533. *Polites* frater Deiphobi, Priami f. Supra B, 791. τὸν δὲ Deiphobum.

τειρόμενον· κατὰ δ' αἷμα νεουτάτου ἔῤῥεε χειρός.
οἱ δ' ἄλλοι μάρναντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
Αἰνείας δ' Ἀφαρῆα Καλητορίδην ἐπορούσας,
λαιμὸν τύψ', ἐπί οἱ τετραμμένον, ὀξέϊ δουρί·
ἐκλίνθη δ' ἐτέρωσε κάρη, ἐπὶ δ' ἀσπὶς ἐάφθη,
καὶ κόρυς· ἀμφὶ δέ οἱ θάνατος χύτο θυμοραϊστής.
Ἀντίλοχος δὲ Θόωνα, μεταστρεφθέντα δοκεύσας,
οὔτασ' ἐπαίξας· ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν,
ἥτ' ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς, αὐχέν' ἱκάνει·
τὴν ἀπὸ πᾶσαν ἔκερσεν· ὁ δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσι
κάππεσεν, ἄμφω χεῖρε φίλοις ἑτάροισι πετάσσας.
Ἀντίλοχος δ' ἐπόρουσε, καὶ αἴνυτο τεύχε' ἀπ' ὤμων,
παπταίνων· Τρῶες δὲ περισταδὸν ἄλλοθεν ἄλλος
οὔταζον σάκος εὐρὺ παναίολον· οὐδὲ δύναντο

542 ΕΠΙ ΓΟΙ 544 ΔΕ ΓΟΙ

540—544. Aeneas *Apharei* caedit, Caletoris f. iam 476 memoratum.

543. ἐπὶ δ' ἀσπὶς ἐάφθη. ἐφήφθη, συνήφθη. vt ἐφῆπτο Z, 241. Clipeus balteo, galea loro ſub mento, alligata tenebatur, ἐξήρτητο. Itaque capite in alteram partem inclinato, clipeus et galea eandem in partem ferebantur et corpori admouebantur adhaereſcentes. De voce ἐπὶ — ἐάφθη, quam e contexto varie interpretantur veteres, atque ab ἕπεσθαι ducunt, v. Obſſ.

545—559. Thoonem tergum praebentem Antilochus, Neſtoris f. interimit et ſpoliat, fortiter pugnans.

546. φλέβα — ἥτ' ἀνὰ νῶτα θέουσα (κατὰ τὰ νῶτα τεταμένη, ſecundum ſpinam dorſi procurrens v. Obſſ.) ἀνατρέχουσα διαμπερὲς αὐχέν' ἱκάνει. *venam iugularem* innuit. hanc ἀπέκερσε haſta transuerſa. — 551. Puta Antilochum inclinatum ad corpus ſpoliandum te-

εἴσω ἐπιγράψαι τέρενα χρόα νηλεῖ χαλκῷ
Ἀντιλόχου· πέρι γάρ ῥα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
Νέστορος υἱὸν ἔρυτο, καὶ ἐν πολλοῖσι βέλεσσιν.
οὐ μὲν γὰρ ποτ' ἄνευ δηΐων ἦν, ἀλλὰ κατ' αὐτοὺς
στρωφᾶτ'· οὐδέ οἱ ἔγχος ἔχ' ἀτρέμας, ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
σειόμενον ἐλέλικτο· τιτύσκετο δὲ Φρεσὶν ἦσιν,
ἦ τευ ἀκοντίσσαι, ἠὲ σχεδὸν ὁρμηθῆναι.
ἀλλ' οὐ λῆθ' Ἀδάμαντα τιτυσκόμενος καθ' ὅμιλον
Ἀσιάδην, ὃς οἱ οὖτα σάκος μέσον ὀξέϊ χαλκῷ,
ἐγγύθεν ὁρμηθείς· ἀμενήνωσεν δέ οἱ αἰχμὴν
κυανοχαῖτα Ποσειδάων, βιότοιο μεγήρας.
καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ μεῖν', ὥστε σκῶλος πυρίκαυστος,
ἐν σάκει Ἀντιλόχοιο· τὸ δ' ἥμισυ κεῖτ' ἐπὶ γαίης·
ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, Κῆρ' ἀλεείνων·

557 ΟΤΔΕ ΓΟΙ 558 ΣΕΙΟΜΕΝΟΝ ΓΕΓΕΛΙΚΤΟ — ΦΡΕΣΙ ΓΗΙΣΙ 561 ΙΟΣ ΓΟΙ ΟΤΤΑ. leg. ΙΟ ΓΟΙ. ὃ οἱ v. Obſſ. 562 ΔΕ ΓΟΙ 566 ΕΣ ΓΕΘΝΟΣ

xiſſe ſuum tergum ſcuto. — 553. ἐπιγράψαι vt Δ, 139. ἐπιξέσαι intra ſcutum, ſub ſcuto, corpus. — 554. *Neptunus* Antilochum tuetur Nelei, aui, reſpectu. — 557. ἔγχος οἱ ἀεὶ ἐσείετο. pro hoc dictum, σειόμενον ἐλίσσετο, ἕλικτο. v. Obſſ. — 558. τιτύσκετο. hoc vno loco eſt *intendebat animo, parabat.* Koeppen laudat Heſiod. Theog. 209 τιταίνοντας μέγα ἔργον ῥέξαι, Sic στοχάζεσθαι ad animum refertur.

560—575. Adamas fruſtra haſtam in Antilochum emiſerat; eum, recedentem aduerſo corpore, haſta traiicit Meriones.

562. Neptunus haſtae vim et impetum frangit, retundit; βιότοιο μεγήρας, *auerteus eam a vita* Antilochi, h. e. vetans ne eum Adamas vita priuaret. v. Obſſ. — 564. haſta ſcuto illiſa,

Digitized by Google

Μηριόνης δ' ἀπιόντα μεταστρόμενος βάλε δουρὶ
αἰδοίων τε μεσηγὺ καὶ ὀμφαλοῦ· ἔνθα μάλιστα
γίγνετ' Ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν·
ἔνθα οἱ ἔγχος ἔπηξεν· ὁ δ' ἐσπόμενος, περὶ δουρὶ
ἤσπαιρ', ὡς ὅτε βοῦς, τόν τ' οὔρεσι βουκόλοι ἄνδρες
ἰλλάσιν οὐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγουσιν·
ὡς ὁ τυπεὶς ἤσπαιρε, μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δήν,
ὄφρα οἱ ἐκ χροὸς ἔγχος ἀνέσπασε· ἐγγύθεν ἐλθὼν
ἥρως Μηριόνης· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.
Δηΐπυρον δ' Ἕλενος ξίφεϊ σχεδὸν ἤλασε κόρσην
Θρηϊκίῳ, μεγάλῳ, ἀπὸ δὲ τρυφάλειαν ἄραξεν·
ἡ μὲν ἀποπλαγχθεῖσα, χαμαὶ πέσε· καί τις Ἀχαιῶν
μαρναμένων μετὰ ποσσὶ κυλινδομένην ἐκόμισσε·
τὸν δὲ κάτ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.
Ἀτρεΐδην δ' ἄχος εἷλε, βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον·

570 ΕΝΘΑ FOI 572 ΓΙΛΛΑΣΙΝ 574 ΟΦΡΑ FOI 575 Vulg. ὅσσ' ἐκάλυψε.

nec tamen alte in corpus penetrans, haerens in ſcuto mole ſua diffracta, partim infixa ſcuto haeret, τὸ μὲν ἥμισυ αὐτοῦ μεῖνε, altera pars defracta in terra iacet. — 567. 8. in inguine, quo loco vulnus maximos dolores creat. neceſſe eſt Adamantem aduerſo vultu receſſiſſe. — 570. ἐσπόμενος in vulnus cadens, hoc eſt, in eam partem, qua haſta adacta erat: cf. Obſſ. — 572. ἰλλάσιν loris ſeu funibus, οἷς εἰλεῖται. v. Obſſ.

576—580. *Deipyrus*, de quo v. ſup. ad 476. caeditur ab Heleno. Enſis Thracici vſ. 577. certa forma eſſe debuit v. Obſſ. Percuſſum autem enſe et ruptum erat vnum e loris, quibus ſub mento colligatis galea firmata erat; niſi ſtatuas etiam ſine corrigiis galeam interdum fuiſſe aptatam.

581—600. Menelaus cum

βῆ δ' ἐπαπειλήσας Ἑλένῳ ἥρωϊ ἄνακτι,
ὀξὺ δέρυ κραδάων· ὁ δὲ τόξου πῆχυν ἀνεῖλκε.
τὼ δ' ἄρ' ὁμαρτήτην, ὁ μὲν ἔγχεϊ ὀξυόεντι
ἵετ' ἀκοντίσσαι, ὁ δ' ἀπὸ νευρῆφιν ὀιστῷ·
Πριαμίδης μὲν ἔπειτα κατὰ στῆθος βάλεν ἰῷ
θώρηκος γύαλον, ἀπὸ δ' ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός.
ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφι μεγάλην κατ' ἀλωὴν
θρώσκωσι κύαμοι μελανόχροες, ἢ ἐρέβινθοι,
πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ καὶ λικμητῆρος ἐρωῇ·
ὡς ἀπὸ θώρηκος Μενελάου κυδαλίμοιο,
πολλὸν ἀποπλαγχθεὶς, ἑκὰς ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός.
Ἀτρείδης δ' ἄρα χεῖρα, βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
τὴν βάλεν, ἣ ῥ' ἔχε τόξον ἐΰξοον· ἐν δ' ἄρα τόξῳ
ἀντικρὺ διὰ χειρὸς ἐλήλατο χάλκεον ἔγχος.
αὖψ δ' ἑταίρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, Κῆρ' ἀλεείνων,
χεῖρα παρακρεμάσας· τὸ δ' ἐφέλκετο μείλινον ἔγχος·

582 ΗΡΩΙ FANAKTI 585 FIET 589 Vulg. θρώσκουσι. 592 FEKAΣ 596 EΣ FEΘNOΣ

Heleno congreſſus, ſagitta eius nullo cum vulnere ictus, manum eius vulnerat: tum Heleni vulnus ab Agenore obligatur.

584. ὁμαρτήτην, ambo unum idemque facere ſunt annisi.

588—592. Comparatio ſagittae ab aere reſilientis cum leguminibus a ventilabro deſilientibus. Locus verborum ornamentis et dignitate in re tenui memorabilis.

594. 5. ἐν δ' ἄρα τόξῳ. Praeſtat iungere ἔγχος ἐλήλατο ἀντικρὺ διὰ χειρὸς ἐν τόξῳ. ἡ χεὶρ ἐν τόξῳ οὖσα, pro σὺν τόξῳ. τόξον ἔχουσα. Longius enim petitum eſt, ſi ſagitta, manu traiecta, in ipſum haſtile fixa fuiſſe putatur.

Digitized by Google

καὶ τὸ μὲν ἐκ χειρὸς ἔρυσε μεγάθυμος Ἀγήνωρ,
αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐϋστρεφῷ οἰὸς ἀώτῳ,
σφενδόνῃ, ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν.
Πείσανδρος δ' ἰθὺς Μενελάου κυδαλίμοιο
ἤιε· τὸν δ' ἄγε Μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλοσδε,
σοὶ, Μενέλαε, δαμῆναι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.
οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν, ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,
Ἀτρεΐδης μὲν ἄμαρτε, παρὰ δὲ οἱ ἐτράπετ' ἔγχος·
Πείσανδρος δὲ σάκος Μενελάου κυδαλίμοιο
οὔτασεν, οὐδὲ διὰ πρὸ δυνήσατο χαλκὸν ἐλάσσαι·
ἔσχεθε γὰρ σάκος εὐρὺ, κατεκλάσθη δ' ἐνὶ καυλῷ
ἔγχος· ὁ δὲ Φρεσὶν ἦσι χάρη, καὶ ἐέλπετο νίκην.
Ἀτρεΐδης δὲ, ἐρυσσάμενος ξίφος ἀργυρόηλον,
ἆλτ' ἐπὶ Πεισάνδρῳ· ὁ δ' ὑπ' ἀσπίδος εἴλετο καλὴν
ἀξίνην εὐχαλκον, ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ,

598 ΕΚ ΧΕΙΡΟΣ ΕΡΥΣΕ 600 ΑΡΑ ΟΙ 605 Vulg παραὶ ΠΑΡΑ ΔΕ ΟΙ 608 Vulg. ἔσχιτο. 609 ΦΡΕΣΙ ΗΙΣΙ — ΕΕΛΠΕΤΟ 610 ΔΕ ΕΡΤΣΣΑΜΕΝΟΣ

598. *Agenor*, Antenoris f. vid. 490. — 599. οἰὸς ἀώτῳ, ſimpliciter, *faſcia lanea*. v. Obſſ. — 600. ἣν ἄρα *quae, vt fieri ſolet.* Clarke. quam quidem ὁ θεράπων αὐτοῦ tenebat.

601 — 619. Menelaus et Piſander congreſſi. Occiditur *Piſander*, non alibi memoratus; diuerſus ab alio, et ipſo e Troianis, Antimachi filio ſup. Λ, 122 ſq. Diuerſus et tertius, dux Myrmidonum Π, 193.

603. σοὶ, M. ὑπό σου vt ſaepe. — 605. παρετράπετο *auertit ſe.* quod Clarke notauit. Vidimus iam ſupra Λ, 233. — 608. ἐνὶ καυλῷ. vt iam ſup. 162 qua parte haſtile ferro immiſſum eſt. — 611. ἐφῆλτο Πεισάνδρῳ. ὥρμᾶτο ἐς αὐτόν. — 612. Exemplum pugnatoris inter Troianos *ſecuri* inſtructi,

Digitized by Google

μακρῷ, ἐϋξέστῳ· ἅμα δ' ἀλλήλων ἐφίκοντο.
ἦτοι ὁ μὲν κόρυθος φάλον ἤλασεν ἱπποδασείης
ἄκρον ὑπὸ λόφον αὐτόν· ὁ δὲ προσιόντα, μέτωπον,
ξυνὸς ὑπὲρ πυμάτης· λάκε δ' ὀστέα, τὼ δέ οἱ ὄσσε
παὶρ ποσὶν αἱματόεντα χαμαὶ πέσον ἐν κονίῃσιν·
ἰδνώθη δὲ πεσών· ὁ δὲ λαὶξ ἐν στήθεσι βαίνων,
τεύχεά τ' ἐξενάριξε, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·

Λείψετέ θην οὕτω γε νέας Δαναῶν ταχυπώλων,
Τρῶες ὑπερφίαλοι, δεινῆς ἀκόρητοι ἀϋτῆς.
ἄλλης μὲν λώβης τε καὶ αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς,

616 ΔΕ ΟΙ 619 ΓΕΠΟΣ

cum *manubrio oleagineo*, πελέκῳ. Inf. O, 711 πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι pugnantes videbimus. — 613. ἐφίκοντο (κατ') ἀλλήλων. non ſolum συνῆλθον, quod eſſet ἀφίκοντο, ſed, ſe inuicem ferierunt. — 614. κόρυθος φάλον, conum in vertice, cui inſeritur ὁ λόφος. v. ſup. ad Γ, 371. — 616. τὼ δέ οἱ ὄσσε humor oculorum cum ſanguine permixtus profluxit. — 618. ἰδνώθη δὲ πεσών. retro prolapſus capite reclinato.

620—639. Increpat Menelaus Troianos e pugna non recedentes, ſed in media caſtra irruentes. Obiurgatio haec per ſe ieiuna et tantum non ridicula videri poteſt; verum Menelaus haec alio modo pronuntiat: Nunc tandem, caeſo Piſandro poſt alios, arbitrabor impetum Troianorum in media caſtra repreſſum iri; cumque his, ille, iniuriarum a Troianis illatarum dolore exardeſcens, reliqua ipſis flagitia exprobrat. Accipio ergo λείψετέ et 630 σχήσεσθε non pro imperatiuo, ſed: *Nunc*, alio per alium caeſo, vltimo loco Piſandro, *ſane a nauibus discedetis, puto.*

621. Troiani, periuri et rebelles. ἀκόρητοι ἀϋτῆς. ex vſu loquendi Homerico: v. mox vſ. 635. — 622. ἄλλης μὲν λώβης — reſpondent 628 νῦν αὖτ'. οὐκ

ἦν ἐμὲ λωβήσασθε, κακαὶ κύνες· οὐδέ τι θυμῷ
Ζηνὸς ἐριβρεμέτεω χαλεπὴν ἐδδείσατε μῆνιν
ξεινίου· ὅστε πότ' ὔμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν.
οἵ μευ κουριδίην ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ
μάψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες, ἐπεὶ φιλέεσθε παρ' αὐτῇ·
νῦν αὖτ' ἐν νηυσὶ μενεαίνετε ποντοπόροισι
πῦρ ὀλοὸν βαλέειν, κτεῖναι δ' ἥρωας Ἀχαιούς·
ἀλλά ποθι σχήσεσθε, καὶ ἐσσύμενοί περ, Ἄρηος.
Ζεῦ πάτερ, ἦ τέ σέ φασι περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων
ἀνδρῶν ἠδὲ θεῶν· σέο δ' ἐκ τάδε πάντα πέλονται.
οἷον δὴ ἄνδρεσσι χαρίζεαι ὑβριστῆσι,
Τρωσὶν, τῶν μένος αἰὲν ἀτάσθαλον, οὐδὲ δύνανται
φυλόπιδος κορέσασθαι ὁμοιΐου πολέμοιο.
πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος,

629 ολοϝον Bentl. 635 f. ὁμοιΐοφι πτολέμοιο.

ἐπιδευεῖς. qui nihil reliquum feciſtis vt aliquid addi poſſit; *qui cumulate omne iniuriae et contumeliae genus iam antea mihi intuliſtis.* v. Obſſ. — 626. καὶ κτήματα πολλὰ, v. ſup. ad Γ, 70. — 627. ἔπεὶ φιλέεσθε παρ' αὐτῇ. ἐφιλέεσθε, ξενίας ἐτύχετε. vt recte Sch. br. — 630. *At forte* nunc, puto, tot caedibus promachorum *deterriti, a pugnando deſiſtetis.* cf. ad 620.

632. σέο δ' ἐκ, vt alibi, ἐκ Διὸς, pro διὰ, σὺν Διΐ, *tuo nomine, voluntate.* — 633. οἷον, pro ὡς, *pro eo quod indulges*; vt ſoles *indulgere*, aut, *vide, quam, quomodo.* per exclamationem nouam. Expoſtulatio cum Ioue grauis et rudium hominum ſenſibus ignoſcenda. — 634. Τρωσὶν τῶν μ. pro οἳ ἀεὶ ἀτάσθαλοί εἰσι.

636—639. Aliena haec a noſtris notionibus, prorſus ex vſu Homerico ſunt accipienda. *Appetitur* pugna a pugnaturis et pugnacibus; itaque et *ſatietas* locum habet: quatenus *feſſi*

μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο,
τῶν πέρ τις καὶ μᾶλλον ἐέλδεται ἐξ ἔρον εἶναι,
ἢ πολέμου· Τρῶες δὲ μάχης ἀκόρητοι ἔασιν.
Ὡς εἰπὼν, τὰ μὲν ἔντε' ἀπὸ χροὸς αἱματόεντα
συλήσας, ἑτάροισι δίδου Μενέλαος ἀμύμων,
αὐτὸς δ' αὖτ' ἐξαῦτις ἰὼν προμάχοισιν ἐμίχθη.
ἔνθα οἱ υἱὸς ἐπᾶλτο Πυλαιμένεος βασιλῆος,
Ἁρπαλίων, ὅ ῥα πατρὶ Φίλῳ ἕπετο πτολεμίξων
ἐς Τροίην· οὐδ' αὖτις ἀφίκετο πατρίδα γαῖαν.
ὅς ῥα τότ' Ἀτρείδαο μέσον σάκος οὔτασε δουρὶ
ἐγγύθεν, οὐδὲ διὰ πρὸ δυνήσατο χαλκὸν ἐλάσσαι·
ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, Κῆρ' ἀλεείνων,
πάντοσε παπταίνων, μή τις χρόα χαλκῷ ἐπαύρῃ.

638 ΕΓΕΛΔΕΤΑΙ 640 ΓΕΙΠΩΝ 643 ΕΝΘΑ ΓΟΙ 648 ΕΣ ΓΕΘΝΟΣ

pugnando decedunt et ad caſtra ſua reuertuntur. v. ad E, 388. H, 117. *Etiam iucundiſſimarum rerum, quas cupide aliquis appetierat, vt iis ſe expleret, ſuccedit tamen faſtidium; at* Troiani *pugna, re tam parum deſiderabili, exſatiari nequeunt;* pugnandi ſtudio inexhauſto tenentur, nunquam pugna feſſi excedunt, pugnant pertinaciter. Virgilius reddidit: *quos nulla fatigant Praelia, nec victi poſſunt abſiſtere bello* Aen. XI, 308. vii et Sc. Herc. 113. 4. λιλαιόμενοι πολέμοιο φυλόπιδα στήσειν. τὰ σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης *pugnare ipſis iucundius eſt quam epulari.*

640 — 659. Menelaum ſpoliato Piſandro recedentem dum Harpalio haſta petit, ipſe a Merione ſagitta traiectus absportatur. *Harpalio* Pylaemenis filius, qui dux erat Paphlagonum: B, 851. caeſus Pylaemenes E, 576. Ei comes ad Troiam venerat filius.

Digitized by Google

Μηριόνης δ' ἀπιόντος ἴει χαλκήρε' ὀϊστόν·
καί ῥ' ἔβαλε γλουτὸν κατὰ δεξιόν· αὐτὰρ ὀϊστὸς
ἀντικρὺ διὰ κύστιν ὑπ' ὀστέον ἐξεπέρησεν.
ἐζόμενος δὲ κατ' αὖθι, φίλων ἐν χερσὶν ἑταίρων
θυμὸν ἀποπνείων, ὥστε σκώληξ, ἐπὶ γαίῃ
κεῖτο ταθείς· ἐκ δ' αἷμα μέλαν ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.
τὸν μὲν Παφλαγόνες μεγαλήτορες ἀμφεπένοντο·
ἐς δίφρον δ' ἀνέσαντες ἄγον προτὶ Ἴλιον ἱρὴν
ἀχνύμενοι· μετὰ δέ σφι πατὴρ κίε, δάκρυα λείβων·
ποινὴ δ' οὔτις παιδὸς ἐγίγνετο τεθνειῶτος.

Τοῦ δὲ Πάρις μάλα θυμὸν ἀποκταμένοιο χολώθη·
ξεῖνος γάρ οἱ ἔην, πολέσι μετὰ Παφλαγόνεσσι.
τοῦ ὅγε χωόμενος προΐει χαλκήρε' ὀϊστόν·
ἦν δέ τις Εὐχήνωρ, Πολυείδου μάντιος υἱός,
ἀφνειός τ', ἀγαθός τε, Κορινθόθι οἰκία ναίων,
ὃς ῥ' εὖ εἰδὼς Κῆρ' ὀλοήν, ἐπὶ νηὸς ἔβαινε·

652 Vulg. κατὰ κύστιν 657 ΠΡΟΤΙ ΓΙΛΙΟΝ 661 ΓΑΡ ΓΟΙ 663 ΠΟΛΥΓΕΙΔΟΥ. vulg Πολυΐδου. 664 ΚΟΡΙΝΘΟΘΙ ΓΟΙΚΙΑ 665 ΓΕΙΔΩΣ κῆρ' ὀλοΓὴν Bentl.

650. ἴει ἐϊστὸν (κατ') ἀπιόντος. εἰς ἀπιόντα. — 653. καθεζόμενος αὖθι, ἀποπνείων θυμὸν ἐν χερσὶν ἑταίρων, κεῖτο ταθεὶς ἐπὶ γαίῃ, ὥστε σκώληξ. Comparatio cum lumbrico in eo ſpectatur, quod rigens et extentus iacet cum antea ſediſſet corpore incuruato. — 659. ποινὴ δ' οὔτις. *nemo vltius eſt caedem filii.* Sed hoc non conuenit cum ſeqq. v. Obſſ.

660—672. Paris Euchenorem, Polyidi vatis filium telo transfigit.

663. *Polyidus* μάντις, Coerani f. notus reuocato in vitam Glauco Minois II. filio. Eodem vſus erat ſomnii de Pegaſo domando interprete Bellerophon ap. Pindar. Ol. XIII, 103. De

πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύειδος,
νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι·
τῷ ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέην θωὴν ἀλέεινεν Ἀχαιῶν,
νοῦσόν τε στυγερὴν, ἵνα μὴ πάθῃ ἄλγεα θυμῷ· 670
τὸν βάλ' ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὔατος· ὦκα δὲ θυμὸς
ᾤχετ' ἀπὸ μελέων, στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἷλεν.
Ὣς οἱ μὲν μάρναντο, δέμας πυρὸς αἰθομένοιο·
Ἕκτωρ δ' οὐκ ἐπέπυστο Διὶ Φίλος, οὐδέ τι ᾔδη,
ὅττι ῥά οἱ νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ δηιόωντο 675

666 ΓΑΡ ΟΙ ΕΦΕΙΠΕ — ΠΟΛΥΦΕΙΔΟΣ 667 ΦΟΙΣ ΕΝ 670 Vulg. πάθοι 674 ΟΥΔΕ ΤΙ ΦΗΙΔΗ 675 ΟΤΙ ΡΑ ΟΙ

eo v. Not. ad Apollod. p. 544 sq. — 666. πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων — Pater filio praedixerat, fatale ei esse vt aut graui morbo afflictus domi moriatur, aut ad Troiam profectus pugna cadat. ἢ φθίσθαι — ἢ δαμῆναι. Optione sibi data ille, tanquam vir fortis, praetulit alterum, vt ante Troiam pugna occumberet. Τῷ, *ita*, euitauit ille duo mala. — 669. θωὴν ἀλέεινεν Ἀχαιῶν. Apparet hinc, iam tum cogi potuisse homines ad militiam, et fuisse multam τῆς στρατείας. quod et Eustath. monuit. Parebat autem Corinthus Agamemnoni: sup. B, 570. — 670. et morbum grauem, ita vt nec eius dolores experiretur, h. e. vt expers maneret malorum ex morbo.

673—722. Nec minus Aiaces, qua parte Hector pugnat, ingruentes Troianorum copias fortiter sustinent, ita vt neutrolibet his res succedat.

675. νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ, — est hic locus inter praecipuos de situ ac descriptione castrorum; cf. Lechen. p. 276: idem tamen ex parte impeditus et ambiguus; sinistram Hectoris intelligendam esse dixeris. At

Digitized by Google

λαοὶ ὑπ' Ἀργείων, τάχα δ' ἂν καὶ κῦδος Ἀχαιῶν
ἔπλετο· τοῖος γὰρ γαιήοχος Ἐννοσίγαιος
ὦτρυν' Ἀργείους, πρὸς δὲ σθένει αὐτὸς ἄμυνεν·
ἀλλ' ἔχεν, ᾗ τὰ πρῶτα πύλας καὶ τεῖχος ἐάλτο,
ᾗξάμενος Δαναῶν πυκινὰς στίχας ἀσπιστάων. 680
ἔνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου,

nihil tum eſt, quod ſatis conueniat. Ergo *ſiniſtra nauium* dicta eſt ex Achivorum aeſtimatione: illa ad Simoentem ſpectabat. Hector pugnabat *in media acie*, aduerſus Aiaces et Teucrum: ſup. 312 νηυσὶ μὲν ἐν μέσσῃσιν ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι, Αἴαντές τε δύω Τεῦκρός τε — quod tamen ipſum non de mediis caſtris intelligi poſſe ſupra ad 312 monui; ſed medium oppoſitum eſſe *extremae parti*, adeoque *loca* deſignare *ab hac verſus media caſtra tendentia*. In illa *extrema ſiniſtri Achiuorum cornu parte* pugnauerat adhuc Marte hortatore, Idomeneus 326 ſq. De iis, quae ibi geſta fuerant, narratum eſt vsque ad v. 673. Sunt in his potiora: quod Aſius caeditur ab Idomeneo; quem Deiphobus vlturus arceſſit Aeneam, qui Paridem, Agenorem, Helenum habet ſocios; Helenum Menelaus vulnerat, Piſandrum et Harpalionem caedit; Paris viciſſim Eucheneorem: Nunc poeta *ad Hectorem* redit: quem non minus ab Achiuis premi videbimus, quorum virtutem Aiaces inflammant. Tum ab illa ſiniſtra parte arceſſuntur ab Hectore fortiſſimi, Polydamantis conſilio 754 ſqq. Erat inter eos Paris μάχης ἐπ' ἀριστερὰ pugnans 765. Per hos pugna aduerſus Aiaces reſtituitur.

676. καὶ ὅτι τάχα καὶ ἔπλετο. ἂν κῦδος Ἀχαιῶν *et quod parum aberat, quin ſuperiores fierent Achiui; adeo enim Neptunus eos incitabat et inſuper ſua vi adiuuabat.* — 679. ᾗ τὰ πρῶτα. ſup. M. extr. — 681. ἔνθ' ἔσαν. Si narrata haec compares: neceſſe eſt nauium ordines non ad extremum caſtrorum cornu pertinuiſſe, quod aut Si-

Digitized by Google

θῖν' ἔφ' ἁλὸς πολιῆς εἰρυμέναι· αὐτὰρ ὕπερθε
τεῖχος ἐδέδμητο χθαμαλώτατον· ἔνθα μάλιστα
ζαχρηεῖς γίγνοντο μάχῃ αὐτοί τε καὶ ἵπποι·
ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ, καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες, 685
Λοκροὶ, καὶ Φθῖοι, καὶ Φαιδιμόεντες Ἐπειοὶ,
σπουδῇ ἐπαίσσοντα νεῶν ἔχον· οὐδὲ δύναντο
ὦσαι ἀπὸ σφείων φλογὶ εἴκελον Ἕκτορα δῖον·
οἱ μὲν Ἀθηναίων προλελεγμένοι· ἐν δ' ἄρα τοῖσιν

682 ΡΕΙΡΥΜΕΝΑΙ 687 Vulg. οὐδ' ἐδύναντο. 688 ΦΛΟΓΙ ΕΙΚΕΛΟΝ

moentem attingebat aut etiam vlteriorem ripam verſus Rhoeteum occupabat, ſed aliquantum inde verſus mediam aciem littoralem oram occupaſſe. Aiacis naves, quas laeuum cornu tenuiſſe ſatis conſtat, (Θ, 224) primae et extremae ab hac parte ſtabant, cum Proteſilai nauibus: quas iterum memorat O, 705. et ante eas vallum erat humilius quam ceteris partibus. — 684. ἔνθα μάλιστα ζαχρηὶς ἐγίνετο ἡ μάχη. vel ἐμάχοντο ζαχρηῶς. αὐτοί τε καὶ ἵπποι. ergo et curribus vſi ſunt in his caſtrorum anguſtiis? Merito hoc mirabimur; inprimis cum M, 80 ſq. ex Polydamantis praecepto omnes currus ante foſſam relicti eſſent. Conf. inf. ad 749 Obſſ.

685. Hic Hectorem repreſſerunt Boeoti, Iones, Locri, Phthii et Epei, qui iſtic ordines ſuos tenebant; nec tamen eum potuere loco pellere. Spectat locus ad ordinem turmarum in acie, qui non multum abfuiſſe videtur ab ordine nauium in ſtatione. — *Iones* ſunt Athenienſes. v. Obſſ. — 686. *Phthii* ex Achaeorum ſtirpe, ſunt qui cum Proteſilao aduenerant, cum iis ſorte Philoctetis copiae. v. Obſſ. — *Epei* non qui ex Elide venerant, qui ſub ducibus quatuor (Il. B, 615 — 624) habebantur; ſed *qui Echinades incole-*

Digitized by Google

ἦρχ' υἱὸς Πετεῶο, Μενεσθεύς· οἱ δ' ἅμ' ἕποντο
Φείδας τε, Στιχίος τε, Βίας τ' εὖς· αὐτὰρ Ἐπειῶν
Φυλείδης τε Μέγης, Ἀμφίων τε, Δρακίος τε.
πρὸ Φθίων δὲ, Μέδων τε, μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης·
ἤτοι ὁ μὲν, νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος θείοιο
ἔσκε Μέδων, Αἴαντος ἀδελφεός· αὐτὰρ ἔναιεν
ἐν Φυλάκῃ γαίης ἀπὸ πατρίδος, ἄνδρα κατακτὰς,
γνωτὸν μητρυιῆς Ἐριώπιδος, ἣν ἔχ' Ὀϊλεύς·
αὐτὰρ ὁ, Ἰφίκλοιο πάϊς τοῦ Φυλακίδαο·
οἱ μὲν πρὸ Φθίων μεγαθύμων θωρηχθέντες,
ναυσὶν ἀμυνόμενοι, μετὰ Βοιωτῶν ἐμάχοντο.
Αἴας δ' οὐκέτι πάμπαν, Ὀϊλῆος ταχὺς υἱὸς,

698 ΑΤΤΑΡ ΙΟ ΙΦΙΚΛΟΙΟ

bant: ibid. 625 ſqq. Bene hoc vidit Koeppen.

690. *Meneſtheus*, Petei f. ſup. B, 752. iam aliquoties memoratus inter promachos; E trinis comitibus *Stichius* ſup. N, 195 eſt memoratus.

692. *Meges* Phylei f. ſup. B, 627. *Dulichienſes* ducebat, cum ceterarum Echinadum incolis: quos *Epeos* fuiſſe ex h. l. apparet; nec mirum, quandoquidem Meges ipſe ex Elide erat oriundus, Augeae nepos: v. ad B, 627. Duo eius ſocios haud memini alibi legi.

693. Phthios ducunt *Medon* et *Podarces*, hic quidem Iphicli f. Phylaci n. v. B, 704 ſqq. et Notata. *Medon* autem Oilei f. nothus, eoque Aiacis minoris frater, in Philoctetae locum ſucceſſerat ducendis copiis e Methone aliisque Theſſaliae locis: ſup. B, 726 ſq. Fugerat *e patria domo*, itaque *e Locride*, caeſo fratre nouercae, *Eriopidis*: mater eius fuerat *Rhene*, B, 728. — πρὸ Φθίων — ſc. ἐμάχοντο. quod ſubiicitur mox 699 οἱ μὲν πρὸ Φθίων — ἐμάχοντο.

701—7. Aiax vterque alter ad alterius latus con-

ἵσταται ἀπ' Αἴαντος Τελαμωνίου οὐδ' ἠβαιόν·
ἀλλ' ὥστ' ἐν νειῷ βόε οἴνοπε πηκτὸν ἄροτρον,
ἶσον θυμὸν ἔχοντε, τιταίνετον· ἀμφὶ δ' ἄρα σφι
πρυμνοῖσι κεράεσσι πολὺς ἀναχηκίει ἱδρώς·
τὼ μέν τε ζυγὸν οἷον ἐΰξοον ἀμφὶς ἔέργει
ἰεμένω κατὰ ὦλκα· τέμει δέ τε τέλσον ἀρούρης·
ὣς τὼ, παρβεβαῶτε μάλ' ἔστασαν ἀλλήλοιϊν.
ἀλλ' ἦτοι Τελαμωνιάδῃ πολλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
λαοὶ ἕπονθ' ἕταροι, οἵ οἱ σάκος ἐξεδέχοντο,

703 ΒΟΕ ΦΟΙΝΟΠΕ 704 ΓΙΣΟΝ 706 ΕΓΕΡ-ΓΕΙ 707 ΓΙΕΜΕΝΩ ΚΑΤΑ ΓΩΛΚΑ Vulg. τέμνει. 710 ΗΟΙ ΦΟΙ

functis viribus pugnant; comparatione a boum iugo petita. Nexus autem summa: ἀλλ' ὥςτε βόε ἄροτρον τιταίνετον, ὣς τὼ παρέστασαν ἀλλήλοιϊν παρβεβαῶτε. — 702. οὐχ ἀφίστατο τοῦ Αἴαντος. — 704. 5. ἀμφὶ κεράεσσι, quia taurorum cornibus religata sunt lora iugalia. πρυμνοῖσι *imis*, ima ad frontem parte cornuum. v. Obss. ἄρα, *vt fieri solet*. Clarke. — 706. *Iugum vnum* vtrumque taurum coniungere putandum est; sed capite vtriusque diuersa iugi parte inserto; puta formam esse —∩—∩— Ita οἷον ζυγὸν, μόνον, ἓν, ἀμφὶς ἔέργει, *seiungit* eos. — 707. Oratio inde a 703 ita iungenda: ἀλλ' ὥςτε βόε ἄροτρον τιταίνετον, τέμει δέ τε (τοῦτο τὸ ἄροτρον) τέλσον ἀρούρης. vt interposita sint reliqua ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν — ἰεμένω κατὰ ὦλκα ad ornandum. Cuiusmodi hyperbata seu parentheses iam aliquoties vidimus, vt E, 398—402. J, 551—569. — 708. παρβεβαῶτε. quod alias de iis qui eodem curru adstant aurigae et pugnant; nunc in ordinibus: quod vsitatius est παραστῆναι, vnde παραστάτης in ordine, et hoc ipso loco παρέστασαν.

709—712. Aiax Telamonius comites circa se habe-

ὁππότε μιν κάματός τε καὶ ἰδρὼς γούναθ' ἵκοιτο.
οὐ δ' ἄρ' Ὀϊλιάδῃ μεγαλήτορι Λοκροὶ ἕποντο·
οὐ γάρ σφι σταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε Φίλον κῆρ·
οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας ἱπποδασείας,
οὐδ' ἔχον ἀσπίδας εὐκύκλους καὶ μείλινα δοῦρα· 715
ἀλλ' ἄρα τόξοισι καὶ ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο πεποιθότες· οἷσιν ἔπειτα
ταρφέα βάλλοντες, Τρώων ῥήγνυντο φάλαγγας.
δὴ ῥα τόθ' οἱ μὲν πρόσθε, σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι,
μάρναντο Τρωσί τε καὶ Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ· 720

717 ΓΙΛΙΟΝ

bat, Oilei filius ſolus erat. Nam Locri 713—718 leuiter armati ſagittis et fundis vtebantur. Ita 719—722 Troiani eminus ſagittis, cominus haſtis petiti, in magnum discrimen etiam hac parte, qua Hector pugnabat, erant adducti.

711. ὁππότε κάματος καὶ ἱδρὼς μὶν κατὰ τὰ γούναθ' ἵκοιτο. ἐφίκοιτο. καθίκοιτο. Vno adhuc loco ſimile legitur de fame: ἵνα μή μιν λιμὸς ἀτερπὴς γούναθ' ἵκηται. quod 348 ſimpliciter ἵνα μή μιν λιμὸς ἵκηται et 165 γυῖα βαρύνεται, ἠδὲ νιχάνει δίψα τε καὶ λιμός. λύεσθαι γούνατα, κάμπτεσθαι γούνατα frequenter occurrunt. βλάβεται δέ τε γούνατ' ἰόντι.

713. Locri leuiter armati erant; quippe qui omnino horridiore vitae cultu vtebantur quam alii Hellenes. Solet autem armorum vſus emendari et perfici cum vita hominum artibus expolita. v. Obſſ. οὐ γὰρ ἔμιμνον ἐν σταδίῃ μάχῃ, οὐχ ὑπέμενον τὴν συστάδην μάχην. Sch. br. Scilicet μίμνειν abſolute, *in ſtatu manere.*

716. ἀλλ' ἄρα. *ſed*, quod inermium et ſtatariae pugnae imperitorum eſt, *ſagittis* et *fundis vtentes ad. venerant.* Nam ita πεποιθὼς dici, iam aliquoties monitum: ſtatim ad B, 588.

719. Δὴ ῥα τότ' οἱ μὲν;

οἱ δ' ὄπιθεν βάλλοντες ἐλάνθανον· οὐδ' ἔτι χάρμης
Τρῶες μιμνήσκοντο· συνεκλόνεον γὰρ ὀϊστοί.
Ἔνθα κε λευγαλέως νηῶν ἄπο καὶ κλισιάων
Τρῶες ἐχώρησαν προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν,
εἰ μὴ Πουλυδάμας θρασὺν Ἕκτορα εἶπε παραστάς· 725
Ἕκτορ, ἀμήχανός ἐσσι παραῤῥητοῖσι πιθέσθαι.
οὕνεκά τοι πέρι δῶκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
τοὔνεκα καὶ βουλῇ ἐθέλεις πέρι ἴδμεναι ἄλλων;

721 Vulg. οὐδέ τι 724 ΠΡΟΤΙ ΓΙΛΙΟΝ 725 ΕΚΤΟΡΑ ΓΕΙΠΕ 727. 730 ΠΟΛΕΜΗΙΑ ΓΕΡΓΑ 728 ΠΕΡΙ ΓΙΔΜΕΝΑΙ vulg. περιΐδμεναι

Et tunc quidem, iuxta iſtam pugnandi conſuetudinem. *Clarke.* σὺν ἔντεσι pugnant h. l. qui haſtis et clipeis vtuntur, ὁπλῖται. — 721. οὐδ' ἔτι χάρμης Τρῶες ἐμιμνήσκοντο. *non amplius pugnare poterant, quippe arma expedire non licebat, ingruentibus ſagittis*, ſed ſcutis capita erant tegenda; ita ordinibus ruptis, et impetu repreſſo tumultuabantur. συνεκλόνεον αὐτοὺς ὀϊστοί. Opportunum ad hanc rem voc. κλονεῖν et συγκλονεῖν.

723—753. ἔνθα κε. atque hic, hoc in rerum poſitu, cum vtroque loco Troiani ab Achiuis premerentur, Troianis de receptu cogitandum fuiſſet non ſine clade accepta: niſi — Polydamas prudenter monet Hectorem, arceſſendos eſſe aliquot e fortiſſimis Troianorum, vt globo facto Aiaces de loco pellant; quo facto deliberandum eſſe omnino, vtrum in conſilio, naues aggrediendi, perſiſtant an recedant. v. Obſſ.

726. ἀμήχανός ἐσσι παραῤῥητοῖσι πιθέσθαι. pro ἀμήχανόν ἐστί σοι, πείθεσθαι τοῖς παραῤῥητοῖσιν. vt cedas monitis. τὰ παραῤῥητὰ, ἃ παραῤῥέει ἄλλος τις, παρηγορεῖ, παραινεῖ. v. Obſſ. — Reſpicit autem locum M, 216. vbi, oſtento obiecto, monet Polydamas: μὴ ἴομεν Δαναοῖσι μαχησόμενοι περὶ νηῶν. Iterat idem conſilium inf. Σ, 253. — 727. 8. οὕ-

ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι·
ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα·
ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν·
ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρυόπα Ζεὺς
ἐσθλόν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι·
καί τε πόλεις ἐσάωσε, μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.
αὐτὰρ ἐγὼν ἐρέω, ὥς μοι δοκεῖ εἶναι ἄριστα.
πάντη γάρ σε πέρι στέφανος πολέμοιο δέδηε·
Τρῶες δὲ μεγάθυμοι, ἐπεὶ κατὰ τεῖχος ἔβησαν,
οἱ μὲν ἀφεστᾶσι σὺν τεύχεσιν, οἱ δὲ μάχονται

νεκα θεὸς δῶκέ τοι πέρι (περὶ ἄλλων) πολεμήϊα ἔργα, τούνεκα ἐθέλεις καὶ περὶ ἄλλων ἴδμεναι (ἐν) βουλῇ. quia deus tibi dedit prae aliis facultatem pugnandi, propterea etiam tibi arrogas, esse prudentiorem consilio. cf. Obss. Dat deus πολεμήϊα ἔργα, πράγματα, pro facultate et arte pugnandi, virtute bellica, vt deus δῶκέ τινι in sqq. 731 ὀρχηστύν, κίθαριν, ἀοιδήν, facultatem et artem saltandi, canendique cithara et voce. Sic Demodoco θεὸς πέρι δῶκεν ἀοιδὴν τερπνήν, Od. Θ, 44. — 729. δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι. αὐτὸς, σὺ μόνος ἔχειν. consequi. — 732. τίθει νόον ἐν στήθεσσι θεὸς, aut ἐνετίθει νόον στήθεσιν. est bona mens, prudentia; quod paullo ante erat, πέρι ἴδμεναι ἄλλων βουλῇ. — 733. τοῦ δέ τε πολλοί, οὗ νοῦ ἐσθλοῦ, ἐπαυρίσκονται πολλοὶ ἄνθρωποι. e qua prudentia multi vtilitates (bonorum consiliorum) capiunt. — 734. καί τε πόλεις ἐσάωσε. etiam totas ciuitates ille in statu continet, seruat, σαοῖ οὗτος, cui νόον ἐσθλὸν δῶκε θεός. μάλιστα δὲ καὶ αὐτὸς ἀνέγνω, pro ἀναγινώσκει, γινώσκει, experitur, scil. τὸ ἐπαυρίσκεσθαι τοῦ νοῦ ἐσθλοῦ, h. e. ἐπαυρίσκει καὶ αὐτός. fructum prudentiae habet praecipue ipse, agendo scilicet omnia prudenter. Sed v. de toto versu Obss.

736. πάντη γὰρ pro δή. στέφανος πολέμοιο, τῶν πολεμούντων, περιδέδηέ σε. h.

Digitized by Google

παυρότεροι πλέονεσσι, κεδασθέντες κατὰ νῆας.
ἀλλ' ἀναχασσάμενος κάλει ἐνθάδε πάντας ἀρίστους.
ἔνθεν δ' ἂν μάλα πᾶσαν ἐπιφρασσαίμεθα βουλήν· 741
ἤ κεν ἐνὶ νήεσσι πολυκλήϊσι πέσωμεν,
αἴ κ' ἐθέλῃσι θεὸς δόμεναι κράτος, ἤ κεν ἔπειτα
παὰρ νηῶν ἔλθοιμεν ἀπήμονες. ἦ γὰρ ἔγωγε
δείδω, μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ 745
χρεῖος, ἐπεὶ παρὰ νηυσὶν ἀνὴρ ἄτος πολέμοιο
μίμνει, ὃν οὐκέτι πάγχυ μάχης σχήσεσθαι ὀΐω.
Ὣς φάτο Πουλυδάμας· ἄδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων·

748 ΓΑΔΕ

ὁ πόλεμος, ἡ μάχη, οἱ μαχόμενοι. pugna feruet circa te, quatenus eum circumdat pugnantium turba: v. Obſſ. — 740. Non conſilio habendo vocari fortiſſimos cenſendus eſt Polydamas velle; ſed ad eum locum, vbi οἱ ὀϊστοὶ τῶν Ἀχαιῶν συνεκλόνεον αὐτούς, vſ. 721. 722. conuocare ſuadet fortiſſimos Troianorum: ſcilicet vt conglobati impreſſionem faciant (vt fieri videbimus 795 ſq.) et perrumpant hoſtium turmam. Seiungenda igitur ſunt ſeqq. v. 741. vt ſit: et tum videbimus quoque nos, quid porro agendum ſit. πᾶσαν βουλὴν, totam rem, de qua deliberandum eſt, de rerum ſumma diſpiciemus. — 742. ἤ κεν — ἤ κεν ἔπειτα. ſupple αἴ κ' ἐθέλῃσι θεὸς δόμεναι κράτος, ſi ſuperiores facti fuerimus pugnando, εἰ ἢ ἐμπέσωμέν κεν νήεσσι, ἢ ἐλθοιμέν κεν ἔπειτα παρὰ νηῶν ἀπήμονες, vtrum adoriamur naues ipſas, an recedamus, dum adhuc ſumus incolumes.

745. μὴ τὸ χθιζὸν χρεῖος ἀποστήσωνται. vereor ne rependant debitum heri contractum, h. e. cladem, quae ipſis illata eſt, nobis, vt ipſi viciſſim ſtragem noſtratium faciant, atque ita nobis quaſi perſoluant, quod pro illa clade accepta debent.

Digitized by Google

αὐτίκα δ' ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε,
καί μιν Φωνήσας, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Πουλυδάμα, σὺ μὲν αὐτοῦ ἐρύκακε πάντας ἀρίστους
αὐτὰρ ἐγὼ κεῖσ' εἶμι, καὶ ἀντιόω πολέμοιο·
αἶψα δ' ἐλεύσομαι αὖτις, ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπιτείλω.
Ἦ ῥα, καὶ ὡρμήθη, ὄρεϊ νιφόεντι ἐοικώς,
κεκληγὼς, διὰ δὲ Τρώων πέτετ' ἠδ' ἐπικούρων.

750 ΕΠΕΑ 754 ΝΙΦΟΕΝΤΙ ΕΟΙΚΩΣ

749. ἐξ ὀχέων ἆλτο. Ergo Hector currum se in castra sequi iusserat. v. Obss.

752. εἶμι καὶ ἀντιόω. pro futuris: ego illic me conferam, et pugnantibus me immiscebo, illa aciei parte, qua fortissimos, vt eos huc conuocem, reperero. κεῖσε, ἐς' ἀριστερὰ, vt sup. 675 vidimus. ἀντιᾶν πολέμου, τῆς μάχης, τῶν μαχομένων.

753. ἐπὴν τοῖς εὖ ἐπιτείλω. vbi iis imperauero, vt huc conueniant. v. sup. ad 675.

753—787. Hector ad laeuam castrorum partem progressus, ad eum locum, vnde discesserat, conuenire pugnantes iubet, vt conglobati impetum in Achiuos faciant. Vbi autem videt magnam fortissimorum virorum stragem factam, Paridem acerbe increpat, mox eo comite adscito ad pristinum locum redit.

754. ὄρεϊ νιφόεντι ἐοικώς. „Similitudo hic desumta partim ex corporis proceritate et robore, partim ex galeae splendore et cristae altitudine." Clarke. vereor, ne hoc sit auram captare. Equidem tantum de procera corporis specie cogitabam. Ceterum praeclare ad sensum lectoris vss. 754. 5 se habent: cum miratione Hectorem incedentem cernimus. Contra Virgilius nimium auxisse videtur phantasma Aen. XII, 701. Aeneas: *Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis Quum fremit ilicibus, quantus, gaudetque*

οἱ δ' ἐς Πανθοίδην ἀγαπήνορα Πουλυδάμαντα
πάντες ἐπεσσεύοντ', ἐπεὶ Ἕκτορος ἔκλυον αὐδήν.
αὐτὰρ ὁ Δηΐφοβόν τε, βίην θ' Ἑλένοιο ἄνακτος,
Ἀσιάδην τ' Ἀδάμαντα, καὶ Ἄσιον Ὑρτάκου υἱὸν,
φοίτα ἀνὰ προμάχους διζήμενος, εἴ που ἐφεύροι.
τοὺς δ' εὗρ' οὐκέτι πάμπαν ἀπήμονας, οὐδ' ἀνολέθρους·
ἀλλ' οἱ μὲν δὴ, νηυσὶν ἐπὶ πρύμνῃσιν Ἀχαιῶν,
χερσὶν ὕπ' Ἀργείων κέατο ψυχὰς ὀλέσαντες·
οἱ δ' ἐν τείχει ἔσαν βεβλημένοι, οὐτάμενοί τε.
τὸν δὲ τάχ' εὗρε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ δακρυοέσσης
δῖον Ἀλέξανδρον, Ἑλένης πόσιν ἠϋκόμοιο,
θαρσύνονθ' ἑτάρους, καὶ ἐποτρύνοντα μάχεσθαι·
ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος προσέφη αἰσχροῖς ἐπέεσσι·

758 ΗΕΛΕΝΟΙΟ FANAKTOΣ 768 ΓΕΠΕΕΣΣΙ

niuali Vertice se attollens pater Apenninus ad auras. — 756. Audito Hectoris iussu ad eum locum confluunt, quo Polydamas vt coniunctis viribus reprimerent Achiuos, conuocari Troianos dispersim pugnantes iusserat. Adiungit se iis Paris. Quae sequuntur, tantum episodii loco habenda sunt. Circumspicit Hector alios ex promachis, quos desiderat. — 758. *Deiphobus* sup. 526—539 a Merione vulneratus, *Helenus* a Menelao, 581—600. *Adamas* caesus ab Antilocho Nestoris f. 560—575. *Asius* ab Idomeneo 384 sq.

761. τοὺς δ' εὗρε, h. l. resciuit. οὐ πάμπαν ἀπήμονας οὐδ' ἀνολέθρους a contrarii negatione, vt saepe: vt statim A, 330 h. *comperit eos partim vulneratos esse, partim caesos.* — 764. ἐν τείχει. *intra castra:* non opponitur, sed est idem quod antea ἐπὶ νηυσίν.

765. μάχης ἐπ' ἀριστερὰ, pugnat Paris in extrema parte sinistri cornu: cf. Not. 675. 753 et ad pr. N.

Digitized by Google

Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανὲς, ἠπεροπευτὰ,
ποῦ τοι Δηΐφοβός τε, βίη θ' Ἑλένοιο ἄνακτος, 770
Ἀσιάδης τ' Ἀδάμας, ἠδ' Ἄσιος Ὑρτάκου υἱός;
ποῦ δέ τοι Ὀθρυονεύς; νῦν ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης
Ἴλιος αἰπεινή· νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος.

Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν Ἀλέξανδρος θεοειδὴς·
Ἕκτορ· ἐπεί τοι θυμὸς ἀναίτιον αἰτιάασθαι· 775
ἄλλοτε δήποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πολέμοιο
μέλλω· ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ πάμπαν ἀνάλκιδα γείνατο μήτηρ.
ἐξ οὗ γὰρ παρὰ νηυσὶ μάχην ἤγειρας ἑταίρων,

769 ΔΥΣΠΑΡΙ ΕΕΙΔΟΣ 770 ΗΕΛΕΝΟΙΟ ΦΑΝΑΚΤΟΣ 773 ΓΙΛΙΟΣ 774 ΠΡΟΣΕΓΕΙΠΕ — ΘΕΟΓΕΙΔΗΣ 776 Vulg. πτολίμοιο.

769. Δύσπαρι. Totus verſus iam lectus Γ, 39. Quod nos diceremus: Indigne homo, perdite, Paris, nonniſi forma inſignis, ceterum mulieroſe et pudori feminarum inſidians. — 772. Othryoneus caeſus ab Idomeneo erat 363 — κατ' ἄκρης, euerſa eſt *penitus*. v. Obſſ. Virgilio *a vertice*: alta ruunt *a culmine*. — 773. νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος, *graue*, magnum excidium Ilii nunc *certiſſimum* paratum eſt. v. Obſſ.

775. 6. Obiurgas me iniuria; ſemper enim hac in aciei parte fortiter pugnaui. Eſt hic iterum vſus elipticus in ἐπεὶ, quandoquidem me immerito incuſas, *dicam quod res eſt*; de quo dictum ad Γ, 59. cf. ſup. ad 68. — ἐρωῆσαι. accurate debebat eſſe ἐρωηκέναι. *Alio tempore ſorte magis potui videri a pugna me ſubduxiſſe*; ſcil. *non vero nunc*. h. e. ſi forte alias. — non tamen nunc. *quandoquidem natura virtutem mihi non denegauit*. Noſtro more ſententia ſic effertur: *Nunquam tam fortiter pugnavi ſine intermiſſione quam nunc; neque ceteroqui imbellis homo ſum*. — 778. ἐξ οὗ γὰρ — vel omnino, ex quo pugna in caſtris

ἐκ τοῦδ' ἐνθάδ' ἐόντες ὁμιλέομεν Δαναοῖσι
νωλεμέως. ἕταροι δὲ κατέκταθεν, οὓς σὺ μεταλλᾷς. 780
οἷω Δηΐφοβός τε, βίη θ' Ἑλένοιο ἄνακτος,
οἴχεσθον, μακρῇσι τετυμμένω ἐγχείῃσιν,
ἀμφοτέρω κατὰ χεῖρα· φόνον δ' ἤμυνε Κρονίων.
νῦν δ' ἄρχ', ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει·
ἡμεῖς δ' ἐμμεμαῶτες ἅμ' ἑψόμεθ', οὐδέ τι φημὶ 785
ἀλκῆς δευήσεσθαι, ὅση δύναμίς γε πάρεστι·
παὲρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν.

Ὣς εἰπὼν παρέπεισεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως·
βὰν δ' ἴμεν, ἔνθα μάλιστα μάχη καὶ Φύλοπις ἦεν
ἀμφί τε Κεβριόνην, καὶ ἀμύμονα Πουλυδάμαντα, 790
Φάλκην, Ὀρθαῖόν τε, καὶ ἀντίθεον Πολυφήτην,
Πάλμυν τ', Ἀσκάνιόν τε, Μόρυν θ' υἱ' Ἱπποτίωνος·
οἳ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοὶ

781 ΗΕΛΕΝΟΙΟ ΓΑΝΑΚΤΟΣ 787 Vulg. πτολεμίζειν.
788 ΓΕΙΠΩΝ 791 Vulg. Πολυφοίτην.

Achiuorum fit; vel ex quo tu hac aciei parte ad naves pugnam facis, παρὰ νηυσὶ μάχην ἤγειρας ἑταίρων. — 780. 1. vide ad 770.

786. οὐδέ τι φημὶ — (ἡμᾶς) δευήσεσθαι ἀλκῆς. *exeremus virtutem pro viribus nostris.* v. Obss. — 787. καὶ ἐσσύμενον, h. καίπερ προθυμούμενον.

788—809. Postquam omnes vndique principes ad Polydamantem confluxerant, Trolanos confertis ordinibus Hector antecedens aduersus Achiuos ducit, et vt libro sequ. videbimus, de loco cedere cogit.

790. *Cebrionem* iam vidimus aliquoties, Hectoris fratrem Θ, 318 et aurigam ibid. et Λ, 522. Π, 727. caesum a Patroclo, Π, 738. Reliqui obscuri. Phalces et Morys caesi inf. Ξ, 513. 514. Venerant ex Ascania, Mysiae, circa Nicaeam, quae postea fuit. v. Obss. — 793. ἀμοιβοὶ, ἐκ διαδοχῆς. v.

Digitized by Google

ἠεῖ τῇ προτέρῃ· τότε δὲ Ζεὺς ὦρσε μάχεσθαι.
εἵ δ' ἴσαν, ἀργαλέων ἀνέμων ἀτάλαντοι ἀέλλῃ,
ἥ ῥά θ' ὑπὸ βροντῆς πατρὸς Διὸς εἶσι πέδονδε,
θεσπεσίῳ δ' ὁμάδῳ ἀλὶ μίσγεται, ἐν δέ τε πολλὰ
κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
κυρτὰ, φαληριόωντα, πρὸ μέν τ' ἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα·
ὡς Τρῶες πρὸ μὲν ἄλλοι ἀρηρότες, αὐτὰρ ἐπ' ἄλλοι,
χαλκῷ μαρμαίροντες, ἄμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο·
Ἕκτωρ δ' ἡγεῖτο, βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηϊ,
Πριαμίδης· πρὸ ἔθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην,
ῥινοῖσι πυκινήν· πολλὸς δ' ἐπελήλατο χαλκός·
ἀμφὶ δέ οἱ κροτάφοισι φαεινὴ σείετο πήληξ.
πάντῃ δ' ἀμφὶ φάλαγγας ἐπειρᾶτο προποδίζων,

802 ΓΙΣΟΣ ΔΕ ΓΟΙ 803 ΠΡΟ ΓΕΘΕΝ — ΕΓΙΣΗΝ 805

Obſſ. Notabile hoc, quod tam bene inſtituta iam tum res militaris fuit, vt ex ſociorum terris miſſi alii in ſeſſorum locum ſuccederent.

795—801. Splendida, etiam verbis et grandiſona oratione, comparatio ingruentis turmae cum turbine ventorum. Laudata propter τὸ ἐναργὲς etiam veteribus, inprimis in hoc quod τὰ ἄψυχα facit κινούμενα καὶ ζῶντα· Ariſtot. Rhet. III, 11. cf. Euſtath. — Eſt autem comparatio duplex: exorſus poeta a vehementi impetu, ſubiungit 800 crebritatem ordinum vt fluctuum. — 797. ἐν δέ τε, pro ἐν ἀλὶ δέ. ſc. γίνονται, vel ὀρίνονται, ex voce μίσγεται. niſi hoc ipſum repetere malis. — 799. φαληριόωντα. *candentes ſpuma fluctus.* v. Obſſ. — 800. Troiani inſtructi turmatim incedebant; nam ordines aliis locis iis fuiſſe negantur. Mox attende de Hectore dicta, idonea ad viri ſpeciem oculis animoque obiiciendam; figitur legentis mens in clipeo, in galea, in inceſſu.

εἴ πως οἱ εἴξειαν ὑπασπίδια προβιβῶντι.
ἀλλ' οὐ σύγχει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν.
Αἴας δὲ πρῶτος προκαλέσσατο, μακρὰ βιβάσθων·
Δαιμόνιε, σχεδὸν ἐλθέ· τίη δειδίσσεαι αὔτως
Ἀργείους; οὔτοι τι μάχης ἀδαήμονες εἰμὲν,
ἀλλὰ Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν Ἀχαιοί.
ἦ θήν πού τοι θυμὸς ἐέλπεται ἐξαλαπάξειν
νῆας· ἄφαρ δέ τε χεῖρες ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἡμῖν.
ἦ κε πολὺ Φθαίη εὖ ναιομένη πόλις ὑμὴ
χερσὶν ὕφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε, περθομένη τε.
σοὶ δ' αὐτῷ φημὶ σχεδὸν ἔμμεναι, ὁππότε φεύγων
ἀρήσῃ Διΐ πατρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι,
θάσσονας ἰρήκων ἔμεναι καλλίτριχας ἵππους,
οἵ σε πόλινδ' οἴσουσι, κονίοντες πεδίοιο.

807 FOI 810 al. οὕτως. 813 EFEΛΠETAI 816 ΗΜΕΤΕΡΗΙΣΙ FΑΛΟΤΣΑ

806. 807. ἐπειρᾶτο, πάντη ἀμφὶ φάλαγγας, προποδίζων, εἴ πως. Similis locus sup. 157 πρόσθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα, — κοῦφα ποσὶ προβιβὰς, καὶ ὑπασπίδια προποδίζων. — 808. non tamen *metum incussit* Achiuis, vt ordines relinquerent: vnde mox Hectorem frustra δειδίσσεσθαι Achiuos dicit Aiax.

809—823. Aiax prouocat Hectorem ad pugnandum propius accedendo, et minatur fugam; firmantur dicta ostento.

812. Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν. Phantasma hoc paullo insolentius *Iouis flagello homines insequentis* et ad exitium adigentis vidimus iam M, 37. et ad e. l. vide. — 813. ἄφαρ δέ τε χ. *at illico intelliges et nobis esse manus.* cf. Obss. — 815. πολὺ πρότερον ἁλώσεται. — 817. σχεδὸν ἔμμεναι *tibi instare hoc*, h. tempus haud longe abfore, *quo fugam circumspicias.*

Digitized by Google

Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις,
αἰετὸς ὑψιπέτης· ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς Ἀχαιῶν,
θάρσυνες οἰωνῷ· ὁ δ' ἀμείβετο Φαίδιμος Ἕκτωρ·
Αἶαν ἀμαρτοεπὲς, βουγάϊε, ποῖον ἔειπες;
αἲ γὰρ ἐγὼν οὕτω γε Διὸς πάϊς αἰγιόχοιο
εἴην ἤματα πάντα, τέκοι δέ με πότνια Ἥρη,
τιοίμην δ', ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων·
ὡς νῦν ἡμέρη ἥδε κακὸν φέρει Ἀργείοισι
πᾶσι μάλ'· ἐν δὲ σὺ τοῖσι πεφήσεαι, αἴκε ταλάσσῃς
μεῖναι ἐμὸν δόρυ μακρὸν, ὅ τοι χρόα λειριόεντα

821 ΙΩΣ ΑΡΑ ΟΙ ΕΙΠΟΝΤΙ ἐπέπτατο v. Obſſ. 822 ΕΠΙΓΙΑΧΕ 824 ΙΑΜΑΡΤΟΕΠΕΣ — ΕΓΕΙΠΕΣ 826 ΠΟΤΝΙΑ ΓΗΡΗ

821. Hoc augurii ſeu ominis et oſtenti genere aliquoties vſus eſt poeta: vt ſup. Θ, 248 ſq. M, 200. Od. O, 160. 524. Υ, 242.

823 — ad f. Hector Aiaci certam mortem denuntiat, et ducit turmas adverſus Achinos; quos repreſſos ab eo libro ſequ. videbimus.

824. ἁμαρτοεπὲς, *qui ſtolidè loqueris.* βουγάϊε. *ſtolide ſe iactans, ferociens.* v. Obſſ. — 825. αἲ γὰρ ἐγὼ οὕτω γε Διὸς πάϊς — Memorabilis formula aſſeuerandi: *vtinam tam certo eſſem immortalis*, (vt ſup. 54 Hector ſe *immortalem* iactat Διὸς παῖδα) *quam certo hoc futurum eſt.* Similia iam vidimus ſup. Θ, 538 Αἲ γὰρ ἐγὼν ὡς Εἴην ἀθάνατος καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα, Τιοίμην δ' ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων, Ὡς νῦν ἡμέρη ἥδε κακὸν Φέρει Ἀργείοισιν. Quod ibi eſt ἀθάνατος καὶ ἀγήραος, hoc loco eſt *filius Iouis et Iunonis*, ἤματα πάντα ſpectant ad *immortalitatem*, et praecipuum inter deos locum declarat memoratio *Apollinis et Mineruae.* — 830. χρόα λειριόεντα *molle corpus.* ſiue ad ſarcaſmum trahas, ſiue vt ſimpliciter

δάψει· αὐτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνοὺς
δημῷ καὶ σάρκεσσι, πεσὼν ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.
Ὣς ἄρα Φωνήσας ἡγήσατο· τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο
ἠχῇ θεσπεσίῃ, ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθεν.
Ἀργεῖοι δ' ἑτέρωθεν ἐπίαχον, οὐδὲ λάθοντο
ἀλκῆς, ἀλλ' ἔμενον Τρώων ἐπιόντας ἀρίστους·
ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων ἷκετ' αἰθέρα καὶ Διὸς αὐγάς.

834 FHXHI — EΠIFIAXE 835 EFIAXON Vulg. οὐδ' ἐλάθοντο. 837 FHXH

ornet, ex natura omnis carnis et mollium partium.

833. τοὶ δὲ, qui circa Hectorem conuenerant 788 sq. — 837. Διὸς αὐγάς. ex antiquo sermone pro *aethere*, qui per Δία declarari solebat: adeoque esset ἐς Δία αἰγλήεντα, αὐγήεντα, pro quo Διὸς αὐγή.

Digitized by Google

THE ITALIANS
FAMILIES II

ALESSANDRA.

This town of Milano, the Settimana observed that the Italians were not fond of the Germans. The Germans were not fond of the Italians. The Italians were not fond of the Germans. The Germans were not fond of the Italians. The Italians were not fond of the Germans. The Germans were not fond of the Italians.

102 paret Diomedis consilio, vt ipsi in aciem prodeant, si non pugnaturi, confirmaturi tamen pugnantes — 134. Erigit animum labantem Neptunus specie senis assumta — 152. Iuno prospiciens Iouem in Ida sedentem, vt eius animum a pugna auertat, quo facto in Achiuorum gratiam aliquid, quo ipsis subueniatur, parari possit, consilium capit deliniendi eum blanditiis et somno consopiendi. Lota vncta et ornata, — 186. cesto a Venere impetrato, — 223 et Somno comite adsumto — 279 vbi ad Idam peruenerat, Iouis animum amore sui et cupiditate inflammat, amplexuque sui lassatum somno opprimit — 353. Nuntiata re per Somnum, Neptunus suadet principibus Achiuorum, vt vulnerati sua arma, vtpote meliora induant aliis integro robore valentibus, et ipse eos ducit aduersus hostem — 387. Recrudescit pugna; congressu facto vulneratus ab Aiace Hector absportatur ex pugna; depositus humi ad ripam Scamandri delinquit animo. — 439. Hectore digresso Achiui erecti summis viribus pugnant; Aiax Oilei necat Satnium; ad corpus tuendum aduolans Polydamas hasta traiicit Prothoenorem, Boeotum 451. Gloriantem Polydamantem hasta petit Aiax Telamonis, quae Archilochum Antenoris f. ferit — 475. Acamas Promachum Boeotium — 485. Peneleus Ilioneum — 506. Ita tandem fit fuga Troianorum extra castra et vallum.

Deorum interuentus nullus, nisi quod Neptunus senis specie assumta Agamemnonis animum erigit 135 sq. Iuno autem ad visendum et consopiendum Iouem in Idam descendit, in quo ille inde a Λ, 181 sq. sedebat; episodium notissimum et suauissimum, 153—352.

Digitized by Google

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ, πίνοντά περ, ἔμπης,
ἀλλ' Ἀσκληπιάδην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Φράζεο, δῖε Μαχάων, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα·
μείζων δὴ παρὰ νηυσὶ βοὴ θαλερῶν αἰζηῶν.
ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν πῖνε καθήμενος αἴθοπα οἶνον, 5

1 ΕΛΑΘΕ ΓΙΑΧΗ 2 ΓΕΠΕΑ 3 ΤΑΔΕ ΓΕΡΓΑ 5 ΑΙΘΟΠΑ ΓΟΙΝΟΝ

1—26. Neſtor audito pugnae tumultu proſpiciens Achiuos in ſummo diſcrimine verſari videt; ambigensque vtrum ad pugnantes an ad Agamemnonem ſe conferat, tandem ad hunc procedit, qui et ipſe vulneratus a Coone in tentorium ſe receperat. Λ, 273—283. Cum mox Hecamede adhuc occupata ſit in lauacro parando v. 6. dum interea potione ſe recreant Neſtor et Machaon, aut nimium temporis illam aqua calefacienda inſumſiſſe, aut nimis multa in tam exiguo temporis interuallo eueniſſe dixeris. Intercedit enim longa Neſtoris narratio et cum Patroclo ab Achille miſſo confabulatio Λ, 641—803. Tum Patroclus in reditu Eurypylum vulneratum in tentorium ducit et vulnus leuat. Λ, 803 ſqq. expugnatur a Troianis vallum, libro XII. (M.) Prodit Idomeneus in pugnam et fiunt tot caedes per lib. XIII. (N.) et ecce nunc ſequuntur verba Neſtoris ad Machaonem: ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν πῖνε — εἰςόκε θερμὰ λόετρα Ἑκαμήδη θερμήνῃ. Verum tamen inique talis cenſura fieret; refecerunt vires per hoc temporis interuallum heroes. At aquam calefacere non principio ſtatim, ſed nunc demum viribus Machaonis refectis, iuſſiſſe videri debet Neſtor.

1. Nihil amplius poeta declarare voluit, quam ſimpliciter Neſtorem Machaoni aſſidentem exaudiiſſe ſtrepitum pugnantium propius admotum. Deduxerat ille Idomenei hortatu Machaonem vulneratum in tentorium ſuum, et vt vires ille reciperet, potionem appo-

Digitized by Google

εἰσόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη
θερμήνῃ, καὶ λούσῃ ἄπο βρότον αἱματόεντα·
αὐτὰρ ἐγὼν ἐλθὼν τάχα εἴσομαι ἐς περιωπήν.
Ὣς εἰπὼν, σάκος εἶλε τετυγμένον υἷος ἑοῖο,
κείμενον ἐν κλισίῃ, Θρασυμήδεος ἱπποδάμοιο,
χαλκῷ παμφαῖνον· ὁ δ' ἔχ' ἀσπίδα πατρὸς ἑοῖο.
εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ·
στῆ δ' ἐκτὸς κλισίης, τάχα δ' εἴσιδεν ἔργον ἀεικὲς,
τοὺς μὲν ὀρινομένους, τοὺς δὲ κλονέοντας ὄπισθε,
Τρῶας ὑπερθύμους· ἐρέριπτο δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν.
ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ,

6 f. λόετρ' ἠϋπλόκαμος. FEKAMHΔH 7 ἀπὸ alii. 8 TAXA FEIΣOMAI 9 FEIΠΩN et ϝTIOΣ ϝEFOIO. al. ἑῆος. 11 ΠATPOΣ ϝEFOIO 13 EΣFIΔE FEPΓON AFEIKEΣ

fuerat, Δ, 510—520. 596—642.

10. In armorum firmitate magnam fiduciam habuiſſe heroes, vnde etiam ſaepe laus et honos et dignitas iis petitur, intelligitur quoque ex hoc, quod arma alii ab aliis mutuantur aut permutant, vt inf. 381.

15. τεῖχος ἤριπτο ſcilicet, cum decederet pugna Neſtor Λ, 516, vallum nondum expugnatum erat. Serius enim irrupere Troiani poſt eius diſceſſum: M, extr.

16. Verſatur comparatio in incerta et fluctuante deliberatione Neſtoris. Faciem maris in primo motu diſerte deſcripſit inter alios Catull. Epith. 270 ſq. vbi etiam 276 *purpureae vndae* illuſtratae docte a viris doctis, qui carmen illud tractarunt. Hoc eſt quod Virgil. Ge. III, 241 *nigramque alte ſubiectat arenam* vnda. πορφύρειν h. l. eſt μελαίνεσθαι de mari turbato, v. Obſſ. — ὀσσόμενον, *ſignificans* tempeſtatem ingruentem hominibus. v. Obſſ. ἀνέμων πέλευθα antiquo ſermone, *ventos venientes*, et ſimpliciter ventos vt ſaepe

ἐσσόμενον λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα
αὖτως, οὐδ' ἄρα τε προκυλίνδεται οὐδ' ἐτέρωσε,
πρίν τινα κεκριμένον καταβήμεναι ἐκ Διὸς οὖρον·
ὣς ὁ γέρων ὤρμαινε, δαιζόμενος κατὰ θυμὸν
ὀχθαδί', ἢ μέθ' ὅμιλον ἴοι Δαναῶν ταχυπώλων,
ἠὲ μετ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα, ποιμένα λαῶν.
ὧδε δέ οἱ Φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
βῆναι ἐπ' Ἀτρεΐδην. οἱ δ' ἀλλήλους ἐνάριζον,
μαρνάμενοι· λάκε δὲ σφι περὶ χροΐ χαλκὸς ἀτειρὴς,
νωτομένων ξίφεσί τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισι.

Νέστορι δὲ ξύμβλητο Διοτρεφέες βασιλῆες
πὰρ νηῶν ἀνιόντες, ὅσοι βεβλήατο χαλκῷ,

23 ΔΕ ΕΟΙ

χέλευθα; ὁδοί, merae periphraſi inſeruiunt.

27—134. Neſtor, ad Agamemnonis tentorium proceſſurus, in Diomedem, Vlyſſem et ipſum Agamemnonem incidit, e tentoriis ſuis progreſſos, audito pugnae ſe appropinquantis tumultu; Agamemnoni, de rerum ſumma tantum non deſperanti, conſultandum eſſe reſpondet, quid conſilii in tanto diſcrimine ſit capiendum. —63. Agamemnonem cenſentem naues in mare eſſe deducendas et noctu diſceſſum parandum (—81) Vlyſſes grauiter increpat, (102) cumque Agamemnon meliora conſilia in medium proferre iuberet: Diomedes animoſe ſuadet, vt ipſi in aciem procedant, vna omnes, ad confirmandos pugnantium animos, ipſi, vtpote vulnerati, a pugna abſtineant. Parent omnes (—134).

27—41. Neſtori in via Diomedes, Vlyſſes et Agamemnon obuii facti miran-tur ſenis occurſum. Non ſine ingenii et artis laude haec a poeta attemperata ſunt.

ὥς ποτ' ἐπηπείλησεν ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων,
μὴ πρὶν παὲρ νηῶν προτὶ Ἴλιον ἀπονέεσθαι,
πρὶν πυρὶ νῆας ἐνιπρῆσαι, κτεῖναι δὲ καὶ αὐτούς.
κεῖνος τὼς ἀγόρευε· τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται.
ὤ πόποι, ἦ ῥα καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ
ἐν θυμῷ βάλλονται ἐμοὶ χόλον, ὥσπερ Ἀχιλλεύς,
οὐδ' ἐθέλουσι μάχεσθαι ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσι.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ·
ἦ δὴ ταῦτά γ' ἐτοῖμα τετεύχαται, οὐδέ πεν ἄλλως
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης αὐτὸς παρατεκτήναιτο.
τεῖχος μὲν γὰρ δὴ κατερήριπεν, ᾧ ἐπέπιθμεν,
ἄῤῥηκτον νηῶν τε καὶ αὐτῶν εἶλαρ ἔσεσθαι·
οἱ δ' ἐπὶ νηυσὶ θοῇσι μάχην ἀλίαστον ἔχουσι
νωλεμές· οὐδ' ἂν ἔτι γνοίης, μάλα περ σκοπιάζων,
ὁπποτέρωθεν Ἀχαιοὶ ὀρινόμενοι κλονέονται·

46 ΠΡΟΤΙ ΓΙΛΙΟΝ 56 ΓΕΙΛΑΡ

de iniqua ſua fortuna querelae.

45. ὥς ποτ' ἠπείλησεν ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων. Superiore die. ſup. Θ, 182. vnde Agamemnon hoc reſciuiſſet, poetae non erat curandum. cf. Obſſ. ἔπος dictum pro *minis*. 49. 50. bene adiecta, vt poenitere regem iniuriae Achilli factae conſtaret.

52—63. Neſtor non negat aduerſa fortuna pugnari ab Achiuis, etſi ſumma cum virtute; deliberandum tamen eſſe, quid factu opus ſit.

53. ταῦτά γ' ἐτοῖμα τετεύχαται. Res eo loco iam ſunt, vt omnia haec euentum habeant, nec apparet via et ratio, qua fieri poſſit, vt aliter ſe habeant aut aliter conſtituantur. v. Obſſ. — 56. εἶλαρ, *munimentum*, quod nos *tutos* praeſtaret. — 57. μάχην ἀλίαστον. *ſine intermiſſione*. v. Obſſ. Ad 59. cf. ſup. 14. — 59. ὁπποτέρωθεν,

ὡς ἐπιμὶξ κτείνονται, αὐτὴ δ' οὐρανὸν ἵκει.
ἡμεῖς δὲ φραζώμεθ', ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
εἴ τι νόος ῥέξει· πόλεμον δ' οὐκ ἄμμε κελεύω
δύμεναι· οὐ γάρ πως βεβλημένον ἐστὶ μάχεσθαι.

Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων·
Νέστορ, ἐπειδὴ νηυσὶν ἐπὶ πρύμνῃσι μάχονται,
τεῖχος δ' οὐκ ἔχραισμε τετυγμένον, οὐδέ τι τάφρος,
ἣ ἔπι πόλλ' ἔπαθον Δαναοί, ἔλποντο δὲ θυμῷ
ἄῤῥηκτον νηῶν τε καὶ αὐτῶν εἶλαρ ἔσεσθαι·
οὕτω που Διΐ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι,
ναυσὶν ἀμύμονας ἀπολέσθαι ἀπ' Ἄργεος ἐνθάδ' Ἀχαιούς.
ᾔδεα μὲν γάρ, ὅτε πρόφρων Δαναοῖσιν ἄμυνεν·
εἶδα δὲ νῦν, ὅτι τοὺς μὲν ὁμῶς μακάρεσσι θεοῖσι
κυδάνει, ἡμέτερον δὲ μένος καὶ χεῖρας ἔδησεν.

61 ΤΑΔΕ ΓΕΡΓΑ 64 ΠΡΟΣΕΡΕΙΠΕ ΓΑΝΑΞ
67 ΓΕΛΠΟΝΤΟ 71 ΓΗΙΔΕΑ 72 ΓΟΙΔΑ

eum mixti ſint Achiuis Troiani, et promiſcuae caedes fiant: non poteſt diſcerni, qua parte laborent et inferiores pugna ſint Achiui et caedantur. — 62. *εἴ τι νόος ῥέξει.* ſi ſorte, an, *conſilium*, prudentia, *aliquid efficiet*, an ipſi conſilio aliquid efficere poterimus. Scilicet, quia, cum vulnerati ſint, *manu* nihil efficere poterunt.

64—81. Agamemnon animum deſpondens diceſſum claſſis parare ſuadet. neque nunc explorandorum animorum cauſſa, vt ſup. Il. B, ſed ſerio.

69. *οὕτω που Διΐ μέλλει φίλον εἶναι. ἔοικε.* vt Schol. reddunt; potius pro *δῆλόν ἐστιν. apparet.* Sic et N, 225 *ἀλλά που οὕτω μέλλει δὴ φίλον εἶναι ὑπερμενέϊ Κρονίωνι.* — 71. *ᾔδεα μὲν γάρ, ὅτε. ᾔδειν*, noram, perſuaſum habebam certis argumentis, *Iouem nobis adeſſe. Nunc autem mihi non obſcurum eſt*, eum etc. — 72. *κυδάνει ὁμῶς μ*

ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω, πειθώμεθα πάντες·
νῆας, ὅσαι πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης,
ἕλκωμεν, πάσας δὲ ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν·
ὕψι δ' ἐπ' εὐνάων ὁρμίσσομεν, εἰσόκεν ἔλθῃ
νὺξ ἀβρότη, ἣν καὶ τῇ ἀπόσχωνται πολέμοιο
Τρῶες, ἔπειτα δέ κεν ἐρυσαίμεθα νῆας ἁπάσας.
οὐ γάρ τις νέμεσις φυγέειν κακὸν, οὐδ' ἀνὰ νύκτα.
βέλτερον, ὃς φεύγων προφύγῃ κακὸν, ἠὲ ἁλώῃ.

Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
Ἀτρεΐδη, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;
οὐλόμεν', αἴθ' ὄφελλες ἀεικελίου στρατοῦ ἄλλου
σημαίνειν, μηδ' ἄμμιν ἀνασσέμεν· οἷσιν ἄρα Ζεὺς
ἐκ νεότητος ἔδωκε καὶ ἐς γῆρας τολυπεύειν
ἀργαλέους πολέμους, ἔφρα φθιόμεσθα ἕκαστος.

74 ΕΓΩ ΕΕΙΠΩ 75 ΕΕΙΡΥΑΤΑΙ 76 ΔΕ ΕΕΡΥΣΣΟΜΕΝ 79 ΚΕ ΕΕΡΥΣΑΙΜΕΘΑ 81 ΗΕ ΕΑΛΩΗΙ. vulg. ἥπερ ἁλώῃ. 82 ΥΠΟΔΡΑ ΙΔΩΝ 83 ΣΕ ΕΕΠΟΣ 84 ΑΕΕΙΚΕΛΙΟΥ 85 ΑΜΜΙ ΕΑΝΑΣΣΕΜΕΝ 87 ΦΘΙΟΜΕΣΘΑ ΕΕΚΑΣΤΟΣ

θεοῖσι, antiquo more, pro, *valde* ſuppetias illis ſert, vt magnam belli gloriam conſequantur, at noſtram virtutem inhibet, infringit, hoc ἔδησε dixit, vt alias πεδᾶν. — 75. νῆας, ὅσαι πρῶται. primo ordine, verſus mare, in primo littore: aliter ac ſup. 31. — 77. ἐπ' εὐνάων pro ancoris deductas a littore naues tenebimus. v. Obſſ. — 81. βέλτερον ὃς pro εἴ τις. ἁλώῃ *pereat.* de vtroque v. Obſſ.

82—102. Agamemnonem grauiter obiurgat Vlyſſes, et docet, quam indecorum et ipſo duce et Achaeorum nomine, tum quam periculoſum hoc diſceſſus faciendi conſilium ſit.

84. οὐλόμενε, *perdite. pernicie digne.* v. Obſſ. — 86. 87. *per totam vitam.*

Digitized by Google

οὕτω δὴ μέμονας Τρώων πόλιν εὐρυάγυιαν
καλλείψειν, ἧς εἵνεκ' ὀϊζύομεν κακὰ πολλά;
σίγα, μή τις τ' ἄλλος Ἀχαιῶν τοῦτον ἀκούσῃ
μῦθον, ὃν οὔ κεν ἀνήρ γε διὰ στόμα πάμπαν ἄγοιτο,
ὅστις ἐπίσταιτο ἧσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν,
σκηπτοῦχός τ' εἴη, καί οἱ πειθοίατο λαοὶ
τοσσοίδ', ὅσσοισι σὺ μετ' Ἀργείοισιν ἀνάσσεις.
νῦν δέ σευ ὠνοσάμην πάγχυ φρένας, οἷον ἔειπες
ἔς πόλεμον, πολέμοιο συνεσταότος καὶ ἀϋτῆς,
νῆας ἐϋσσέλμους ἅλαδ' ἑλκέμεν, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον
Τρωσὶ μὲν εὐκταὶ γένηται, ἐπικρατέουσί περ ἔμπης,
ἡμῖν δ' αἰπὺς ὄλεθρος ἐπιρρέπῃ· οὐ γὰρ Ἀχαιοὶ
σχήσουσι πόλεμον, νηῶν ἅλαδ' ἑλκομενάων,
ἀλλ' ἀποπαπτανέουσιν, ἐρωήσουσι δὲ χάρμης.
ἔνθα κε σὴ βουλὴ δηλήσεται, ὄρχαμε λαῶν.

92 ΕΠΙΣΤΑΙΤΟ ΓΗΙΣΙ 93 ΚΑΙ ΓΟΙ 94 ΑΡΓΕΙΟΙΣΙ ΓΑΝΑΣΣΕΙΣ 95 ΕΓΕΙΠΕΣ

— 91. 92. *nemo qui mente ſana ſit.* — 94. *καί οἱ π.* inuerſa oratio pro *καὶ ᾧ πείθοιντο.* Mox *ὠνοσάμην* pro *ὀνόωσε κατὰ τοῖον οἷον (τοῦτο ὅ) ἔειπες.* — 97. *ἐπικρατέουσι περ qui quidem vel ſic iam ſuperiores pugna ſunt.* *ὄφρ' εὐκταὶ (τὰ πράγματα) γένηται Τρωσί*, pro *ἐκεῖνο, ὃ εὔχονται γίνεσθαι.*

100. 101. *οὐ γὰρ Ἀχαιοὶ σχήσουσι πόλεμον, pugnam ſuſtinebunt*, ſcilicet diſceſſu ſemel parato et facta fuga Achiuorum animi frangentur, Troianorum firmabuntur; ita Achiui eos non poterunt *ſuſtinere*, et ipſi receptum circumſpicient, *ἀποπαπτανέουσι* auerſo ab hoſtibus ore diſpicient in alias partes, *fugam circumſpicient.* v. Obſſ. *πάπτηνε δὲ ἕκαστος ὅπη φύγῃ αἰπὺν ὄλεθρον* inf. 507. Π, 283. h. l. reſpiciunt ad naues.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων·
ὦ Ὀδυσεῦ, μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ
ἀργαλέῃ· ἀταὰρ οὐ μὲν ἐγὼ ἀέκοντας ἄνωγα
νῆας ἐϋσσέλμους ἅλαδ' ἑλκέμεν υἷας Ἀχαιῶν·
νῦν δ' εἴη, ὅς τῆσδέ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι,
ἢ νέος, ἠὲ παλαιός· ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη.
Τοῖσι δὲ καὶ μετέειπε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης·

103 ΕΠΕΙΤΑ FANAΞ 105 ΕΓΩ ΑΓΕΚΟΝΤΑΣ
109 ΜΕΤΕΓΕΙΠΕ

103—134. Copia meliora conſulendi ab Agamemnone data, Diomedes ſuadet prodire in aciem, ſi non ad pugnandum, ſaltem ad confirmandos aliorum pugnantium animos.

104. καθίκεο ἐμὲ (κατὰ) θυμὸν ἐνιπῇ proprie, *percuſſiſti, feriiſti, me obiurgatione*, obiurgaſti me graviter. v. Obſſ. — 105. Atqui ego tantum deliberandi gratia hoc in medio proturam, an forte expediret, naues deducere. — 108. ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη. *mihi hoc gaudio erit; ego laetabor*, ſi erit, qui meliora conſuluerit. v. Obſſ.

109. De Diomede locus hic notabilis poſt H, 399—404. et I, 31 ſqq. quo morum modeſtia (v. Δ, 401 ſq.) et ingenium eius notatur generoſum, nec ferox et impotens; promtum tamen; praeclare illud ἐγγὺς ἀνὴρ, ſc. ὃς τῆς δέ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι. pro οὗτος ἐγώ. Quod porro excuſat ſe primum ad dicendum ſurgentem, quodque a genere ac ſtirpe rationes excuſationis petit, ad veteres mores notandos valere debet. Alterum quidem notiſſimum eſt, quod, ſenum reuerentia, iuniores in conſeſſibus non audent ſermonem niſi vltimo loco proferre; alterum autem, quod a generis nobilitate petitum eſt, etſi per ſe ſatis arguit, etiam homines iſtius aetatis hanc inſaniam inſaniiſſe, quam noſtrum aeuum nondum depoſuit, referendum tamen eſt ad illam potiſſimum perſuaſionem, quod

Digitized by Google

ἐγγὺς ἀνὴρ, οὐ δηθὰ μαχεύσομεν, αἴ κ' ἐθέλητε πείθεσθαι· καὶ μή τι κότῳ ἀγάσησθε ἕκαστος,
οὕνεκα δὴ γενεῇφι νεώτατός εἰμι μεθ' ὑμῖν·
πατρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ καὶ ἐγὼ γένος εὔχομαι εἶναι
Τυδέος, ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε.
Πορθεῖ γὰρ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
ἔμπεον δ' ἐν Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι,
Ἄγριος, ἠδὲ Μέλας, τρίτατος δ' ἦν ἱππόται Οἰνεύς,
πατρὸς ἐμοῖο πατήρ· ἀρετῇ δ' ἦν ἔξοχος αὐτῶν.
ἀλλ' ὁ μὲν αὐτόθι μεῖνε, πατὴρ δ' ἐμὸς Ἄργεϊ ναίσθη,

111 ΑΓΑΣΗΣΘΕ ΓΕΚΑΣΤΟΣ 116 ΓΟΙΚΕΟΝ
117 ΙΠΠΟΤΑ ΓΟΙΝΕΥΣ

armorum parandorum et Schol. B. — 113, Ne contractandorum ſtudium, et ſilium, tanquam ab homiheroum priſcorum aemula- ne parum ſpectatae virtu-
tio, non facile locum habebat niſi in regibus; h. e. viris principibus, qui opibus et copiis ſatis valerent, quorum omnis laus e virtute bellica peti ſolebat. Hactenus virtutem illam ipſa ſtirpis nobilitas et antiquitas promittere poterat. Ait igitur ſe quidem aetate cedere, virtute parem eſſe ceteris in conſilio. Cur autem a Diomede conſilium hoc proponatur, cauſſa quaerenda in eo, quod calidius et audacius conſilium recte conueniebat iuniori. Poſtremum hoc obſeruant quoque
tis, et iuuenili vanitate ſe iactantis, profectum, ſpernatis; forti patre me natum mementote. — 114. Tydeus ante Thebas occubuit occiſus a Melanippo. cf. Apollod. I, 8, 5. et III, 6, 8. De eius ſtirpe locus hic claſſicus. v. Obſſ. Stemma vid. ad Apollod. tab. IX, a. p. 1013. Spectat ad Aetolorum origines ac mythos. *Calydone* Oeneus habitabat, cf. ſup. Il. I, 527. — 119. Tydeus caede patruelium ἀκουσίως facta Argos concelſerat et Adraſti filiam duxerat, Deipylen. v. Obſſ.

Digitized by Google

πλαγχθείς· ὡς γάρ που Ζεὺς ἤθελε καὶ θεοὶ ἄλλοι,
Ἀδρήστοιο δ' ἔγημε θυγατρῶν, ναῖε δὲ δῶμα
ἀφνειὸν Βιότοιο, ἄλις δέ οἱ ἦσαν ἄρουραι
πυροφόροι, πολλοὶ δὲ φυτῶν ἔσαν ὄρχατοι ἀμφίς·
πολλὰ δέ οἱ πρόβατ' ἔσκε, κέκαστο δὲ πάντας Ἀχαι-
ἐγχείῃ· τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν, ὡς ἐτεόν περ. [οὐς
τῷ οὐκ ἄν με γένος γε κακὸν καὶ ἀναίλκιδα φάντες,
μῦθον ἀτιμήσαιτε πεφασμένον, ὅν κ' εὖ εἴπω.
δεῦτ' ἴομεν πόλεμόνδε, καὶ αὐτάμενοί περ, ἀνάγκη·
ἔνθάδ' ἔπειτ' αὐτοὶ μὲν ἐχώμεθα δηϊοτῆτος,
ἐκ βελέων, μή πού τις ἐφ' ἕλκει ἕλκος ἄρηται·
ἄλλους δ' ὀτρυνέοντες ἐνήσομεν, οἱ τὸ πάρος περ,
θυμῷ ἦρα φέροντες ἀφεστᾶσ', οὐδὲ μάχονται. [θοντο·
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ' ἐπι-
βὰν δ' ἴμεν, ἦρχε δ' ἄρα σφιν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.
Οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε κλυτὸς Ἐννοσίγαιος,

122 ΒΙΟΤΟΙΟ ΓΑΛΙΣ ΔΕ ΓΟΙ 124 ΔΕ ΓΟΙ
127 ΓΕΙΠΩΙ vulg. ἀτιμήσητε. 132 ΓΗΡΑ 134 ΣΦΙ ΓΑΝΑΞ

— 120. πλαγχθείς, h. l. Φυγὼν caedis reatu. — 124. κέκαστο δὲ (ὑπὲρ) πάντας. *virtute.* — 125. μέλλετ' ἀκουέμεν. ἐοίκατε. h. e. ἐοικός ἐστιν. debetis ipsi nosse, ὡς ἐτεόν περ sc. ἐγένετο ταῦτα. vel ἐτεὸν λεχθέντα. v. Obss. — 129. αὐτοὶ μὲν ἐχώμεθα, ἐπεχώμεθα, *contineamus* nos, *abstineamus a pugna.* v. Obss. — 131. ἐνήσομεν. *immittemus in pugnam*, adigemus ad pugnandum. — 132. θυμῷ ἦρα Φέροντες. ἦρα ab ἦρ, χάρις. v. ad A, 572. χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, *indulgentes sibi*, et per hoc, *viribus parcentes.*

135—152. Neptunus forma grandaeui viri assumta, confirmat Agamemnonis animum.

Digitized by Google

ἀλλὰ μετ' αὐτοὺς ἦλθε, παλαιῷ Φωτὶ ἐοικώς·
δεξιτερὴν δ' ἕλε χεῖρ' Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο,
καί μιν Φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἀτρείδη, νῦν δή που Ἀχιλλῆος ὀλοὸν κῆρ
γηθεῖ ἐνὶ στήθεσσι, φόνον καὶ φῦζαν Ἀχαιῶν
δερκομένῳ· ἐπεὶ οὔ οἱ ἔνι φρένες οὐδ' ἠβαιαί.
ἀλλ' ὃ μὲν ὣς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε·
τοὶ δ' οὔπω μάλα πάγχυ θεοὶ μάκαρες κοτέουσιν·
ἀλλ' ἔτι που Τρώων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες
εὐρὺ κονίσουσι πεδίον· σύ δ' ἐπόψεαι αὐτὸς
φεύγοντας προτὶ ἄστυ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.
Ὣς εἰπὼν, μέγ' ἄϋσεν, ἐπεσσύμενος πεδίοιο.
ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον, ἢ δεκάχιλοι

136 ΦΩΤΙ ΓΕΓΟΙΚΩΣ 138 ΓΕΠΕΑ 139 ολοον, Bentl. 141 ΟΥ ΓΟΙ 142 ΔΕ ΓΕ 145 Vulg. κονίσσουσι et αὐτούς. 146 ΠΡΟΤΙ ΓΑΣΤΥ 147 ΓΕΙΠΩΝ 148 ΕΓΙΑΧΟΝ

135. οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε, sed, acute vidit. Quod nunc poeta non certum ac definitum hominem nomine designat, sed omnino *senem* memorat, variat forte id quod alibi aliter facit. — 141. ἐπεὶ οὔ οἱ ἔνι Φρένες οὐδ' ἠβαιαί. *prorsus desipit*; quia non videt, dedecus et noxam ad ipsum aliquando peruenturam esse. — 142. ὃ μὲν ὣς ἀπόλοιτο. *sic*, cum hoc non intelligat, vel cum hac mente sit, vt laetetur pernicie nostra, σιφλώσειεν, *deus eum perdat*. v. Obss. — 145. εὐρὺ κονίσουσι πεδίον campum puluere obducent, fugient. v. Obss. Sunt autem haec pro solatio dicta, cum praedictione eius quod euenturum est. — 148. Clamor valet ad inflammandos pugnantium animos; hinc Neptunus tantum clamorem edit, qui pro hortatu militari sit, et alias a ducibus proficiscitur. cf. Υ, 47 sq. Mox 151.

ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυναείροντες Ἄρηος·
τόσσην ἐκ στήθεσφιν ὅπα κρείων Ἐνοσίχθων
ἧκεν· Ἀχαιοῖσι δὲ μέγα σθένος ἔμβαλ' ἑκάστῳ
καρδίῃ, ἄλληκτον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.
Ἥρη δ' εἰσεῖδε χρυσόθρονος ὀφθαλμοῖσι,
στᾶσ', ἐξ Οὐλύμποιο ἀπὸ ῥίου· αὐτίκα δ' ἔγνω
τὸν μὲν παιπνύοντα μάχην ἀνὰ κυδιάνειραν

151 vitiosum εμβαλ' ϝεκαστῳ. v. Obss. 153 ΕΗΡΗ 154
Οὐλύμποιο ἀπὸ ῥ. de hiatu v. Obss.

differte adiectum Ἀχαιοῖσι δὲ μέγα σθένος ἔμβαλ' ἑκάστῳ.

153 — 363. Iuno, vt auertat Iouem a pugna et cura Troianorum, eum adit, in Ida sedentem blanditiisque suis delinitum somno demulcet. Nunc res in eo erant, vt Achiui collectis viribus superiores fierent Troianis; at restabat graue impedimentum, Iouis ex Ida prospicientis et Troianis studentis numen. Ad hoc remouendum poeta adhibet blanditias Iunonis et somnum quo ille opprimitur; adumbrata res prorsus ad rudium hominum sensum et morem; itaque philosophis haec narratio saepe fuit notata; praeclara tamen attemperata ingenio muliebri Iunonis: quandoquidem animus feminae odio et ira ex accepta iniuria aut contumelia accensus nihil intentatum relinquit ad vindictae cupiditatem explendam, et ingeniosus est ad artes excogitandas, inprimisque ad mentes blanditiis fictis et suae formae illecebris irretiendas eorum, quorum opera vtendum sibi esse videt; facitque id tanto magis admirationem, quod superbia et arrogantia Iunonis irae impotentia victa ad tales artes descendere potuit.

153. εἰσεῖδεν ἐξ' Οὐλύμποιο, et quidem ἀπὸ ῥίου quandoquidem montis sunt prominentia iuga, et talis Olympus v. Il. Θ. 25. — 155. ποιπνύοντα ἀνὰ μάχην Neptunum strenue res ge-

Digitized by Google

αὐτοκασίγνητον καὶ δαέρα, χαῖρε δὲ θυμῷ·
ζῆνα δ' ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς πολυπίδακος Ἴδης
ἥμενον εἰσεῖδε· στυγερὸς δέ οἱ ἔπλετο θυμῷ.
μερμήριξε δ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη,
ὅππως ἐξαπάφοιτο Διὸς νόον αἰγιόχοιο.
ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλὴ,
ἰλθεῖν εἰς Ἴδην, εὖ ἐντύνασαν ἑ αὐτὴν,
εἴ πως ἱμείραιτο παραδραθέειν φιλότητι
ᾗ χροιῇ, τῷ δ' ὕπνον ἀπήμονά τε λιαρόν τε
χεύῃ ἐπὶ βλεφάροισιν ἰδὲ φρεσὶ πευκαλίμῃσι.
βῆ δ' ἴμεν ἐς θάλαμον, τόν οἱ φίλος υἱὸς ἔτευξεν
Ἥφαιστος, πυκιναὶς δὲ θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσε
κληῖδι κρυπτῇ, τὴν δ' οὐ θεὸς ἄλλος ἀνῷγεν.

158 ΔΕ FOI 159 ΠΟΤΝΙΑ FΗΡΗ 161 ΔΕ FOI 162 εντυνασαν *Fe.* v. Obſſ. 164 FΗΙ ΧΡΟΙ-ΗΙ 166 ΤΟΝ FOI 168 ἀνῷγεν. non ἄνῳγεν.

rentem. v. Obſſ. — 158. στυγερὸς δέ οἱ ἔπλετο. *abalienato animo erat. ſuccenſebat ei*, nil amplius. Sup. Θ, 370 Νῦν δ' ἐμὲ μὲν στυγέει. abalienatus eſt a me, dum Thetidi ſtudet.

160. ὅππως ἐξαπάφοιτο ſcil. vt eum a pugnae inſpectione auerteret, liberiorque Neptuno auxiliandi Achiuis facultas eſſet. — 164. ᾗ χροιῇ, ſuo corpori, ſibi, (ἐν) φιλότητι. — ὕπνον ἀπήμονά τε λιαρόν τε, ſomnum placidum et dulcem. v. Obſſ.

167. 168. κληῖς κρυπτὴ h. l. eſt peſſulus, obex, ianuae intus obduci et poſti alterutri immitti ſolitus, vt fores continerentur, quo educto ac remoto ope ferri vnci fores diſſilirent, quod et ipſum κληῖς dictum eſt. v. Obſſ. Erant autem in Olympo praeter Iouis regiam paruae aedes, θάλαμοι, ſingulis diis deabusque deſtinatae, vt in aedibus regum et heroum. v.

ἔνθ' ἦγ' εἰσελθοῦσα, θύρας ἐπέθηκε Φαεινάς·
ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος
λύματα πάντα κάθηρεν, ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ,
ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν·
τοῦ καὶ κινυμένοιο Διὸς πρὸτὶ χαλκοβατὲς δῶ,
ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἵκετ' ἀϋτμή.
τῷ ῥ' ἥγε χρόα καλὸν ἀλειψαμένη, ἰδὲ χαίτας
πεξαμένη, χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε Φαεινοὺς,
καλοὺς, ἀμβροσίους, ἐκ κράατος ἀθανάτοιο.
ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσαθ', ὃν οἱ Ἀθήνη
ἕξυσ' ἀσκήσασα, τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά·

172 ϝΕΑΝΩΙ vel ϝΕϜΑΝΩΙ ΤΟ ΡΑ ϜΟΙ 178
ϝΕΑΝΟΝ vel ϝΕϜΑΝΟΝ ϜΕΣΑΘ ϝΟΝ ϜΟΙ

Excurſ. VIII. ad Jl. A. p. 188. 9. cf. Obſſ. ad Jl. VI, p. 242. ἐπάρονται τοῖς σταθμοῖς θύραι, poſtibus admotae iunguntur, vt clauſae fores ſint: θύρας ἐπέθηκε.

170. ἀμβροσίῃ. h. l. pro lauacro, latice, ad lauandum. Ita autem omnia in diis ad morem humanum adumbrantur, vt etiam deae ſordes contrahant et purgent; tota dea inungit ſe λίπι ἐλαίῳ, pingui oleo, (K, 571) vnguento, ἑδανῷ, ſuaui; ſeu potius diffuſo. v. Obſſ. τεθυωμένον, bene odorum. Ceterum Homerus in Iunone ornanda Horarum miniſterium ignorat; at Venerem a Gratiis lauari et inungi narrat Od. Θ, 364. 365. — 178. ἀμβρόσιον ἑανὸν. veſtem odoram declarare debet, vt paullo ante πλόκαμοι ἀμβρόσιοι. ſolebant autem veſtes odoribus perfundi. Qui ſeuerior erit, diuinam interpretabitur. — 179. ἕξυσ' ἀσκήσασα, affabre elaborauerat. v. Obſſ. καὶ ἐνετίθει, ἐνεποιήσατο, δαίδαλα πολλὰ, h. e. ἐνεπο κιλλε, intextis figuris vel ornamentis. Tum v. 180 peplus fibula aurea in pectore continebatur; magnus autem ornatus olim in fibulis quaerebatur.

Digitized by Google

χρυσείης δ' ἐνετῆσι κατὰ στῆθος περονᾶτο. 180
ζώσατο δὲ ζωόνην ἑκατὸν θυσάνοις ἀραρυῖαν·
ἐν δ' ἄρα ἕρματα ἦκεν ἐϋτρήτοισι λοβοῖσι,
τρίγληνα, μορόεντα· χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή.
κρηδέμνῳ δ' ἐφύπερθε καλύψατο δῖα θεάων,
καλῷ, νηγατέῳ· λευκὸν δ' ἦν, ἠέλιος ὥς. 185
ποσσὶ δ' ὑπὸ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.
αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα περὶ χροῒ θήκατο κόσμον,
βῆ ῥ' ἴμεν ἐκ θαλάμοιο· καλεσσαμένη δ' Ἀφροδίτην,

181 ΕΚΑΤΟΝ 182 de metri vitio v. Obss. 185 ἠέλιος ὡς Bentl.

181. ζώνην θυσάνοις ἀραρυῖαν, cingulum fimbriatum ſibi circumdedit; debuit hoc antiquo tempore in mundo muliebri haberi, vt zona eſſet fimbriis apta. Ceterum hoc cingulum diuerſum eſt habendum ab illo balteo, quem Iuno infra 214 a Venere mutuatur; cumque ille *a pectore ſoluatur* ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο, videri illo debet pectus ſubligatum fuiſſe, ζώνη autem h. l. putanda eſſe cingulum illud quod ſupra femora corpori iniicitur. cf. Obss. ad v. 219. — 183. ἕρματα, τρίγληνα, μορόεντα, inaures trinis lapillis ſeu vnionibus inſignes; ſcite et induſtrie fabricatae. — 184. κρηδέμνῳ ἐκαλύψατο, velauit ſe, capiti impoſuit, vittam, qua comam religaret, h. textum aliquod, quod complicatum pro faſcia eſſet, explicitum pro velamine eſſet. v. Obss.

187 — 224. Iuno adit Venerem, et ab ea impetrat, vt ſibi commodet ceſtum ſuum, quo ornata Iouem amore ſui demulceat. v. Obss. ad v. 219. Quod itaque in ſimplici oratione erat, Iunonem adiiſſe Iouem omnibus iis inſtructam, quibus Iouis animum ad amorem ſui pelliceret, eximieque veſtibus ornatam, et venuſte cinctam, hoc poeta mythicis ornamentis amplificauit, cf. Obss. ad vſ. 214.

Digitized by Google

τῶν ἄλλων ἀπάνευθε θεῶν, πρὸς μῦθον ἔειπεν·

Ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο, φίλον τέκος, ὅττι κεν εἴπω;
ἦέ κεν ἀρνήσαιο, κοτεσσαμένη τόγε θυμῷ,
οὕνεκ' ἐγὼ Δαναοῖσι, σὺ δὲ Τρώεσσιν ἀρήγεις;

Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη·
Ἥρη, πρέσβα θεά, θύγατερ μεγάλοιο Κρόνοιο,
αὔδα ὅ τι φρονέεις· τελέσαι δέ με θυμὸς ἄνωγεν,
εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί.

Τὴν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα πότνια Ἥρη·
δὸς νῦν μοι φιλότητα καὶ ἵμερον, ᾧ τε σὺ πάντας
δαμνᾷ ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους·
εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,

189 ΕΓΕΙΠΕ 190 ΟΤΙ ΚΕ ΓΕΙΠΩ 194 ΓΗΡΗ 197 ΠΟΤΝΙΑ ΓΗΡΗ

194. Ἥρη, πρέσβα θεά, ridies; quo ſpectant forte quod alias *σεμνή*. — 195. *θυμὸς ἄνωγεν*, animus iubet, parato ſum animo ad perficiendum id, quod animo agitas. — 196. *καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί*. pro *τελεστέον*. *τὸ τελεσθῆναι δυνατόν*. v. Obſſ.

198. *Φιλότης* eſt ipſe amoris ſenſus, *ἵμερος* coniunctum cum eo deſiderium; nihil amplius. — 200. *πείρατα γαίης Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν*. non declarat, qua parte terrarum Oceani regia adeatur; non in Occidente; nam ibi Noctis et Solis regia eſt. Reſtat me Aethiopes ſup. A, 423. Quod Oceanum *θεῶν γένεσιν* appellat, videtur e coſmogoniis petitum eſſe, etſi, quo ſenſu dictum ſuerit, non auſim definire; nam ſubtilitates phyſicorum, qui aquam rerum principium conſtituerunt, haud dubie ignorarunt priſci illi homines; pinguius tamen aliquod viſum inſidere potuit eorum animis de rerum ortu ex mari; nam de rerum initiis et elementis per Titanomachiam, et de cauſſis phyſicis per Typhoeum et alia monſtra adumbrandis

Digitized by Google

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν,
οἵ με σφοῖσι δόμοισιν ἐὺ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον,
δεξάμενοι Ῥείης, ὅτε τε Κρόνον εὐρυόπα Ζεὺς
γαίης νέρθε κάθεισε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
τοὺς εἶμ' ὀψομένη, καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω·
ἤδη γὰρ δηρὸν χρόνον ἀλλήλων ἀπέχονται
εὐνῆς καὶ φιλότητος, ἐπεὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ.
εἰ κείνω γ' ἐπέεσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ
εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι φιλότητι·

202 Vulg. οἵ μ' ἐν 208 ΚΕΙΝΩ ΓΕΠΕΕΣΣΙ vel ΚΕΙΝΩ ΓΕ ΓΕΠΕΣΣΙ. 209 v. Obſſ.

mature etiam ante Homerum commentati ſunt. Quis neget v. c. Coeli et Terrae, Oceani et Tethyos, Ponti, Croni, progeniem, item genitalia Oceani et Croni exſecta, ad res phyſicas ſpectare? Ceterum Iunonis exemplo res abiit in vſum poetarum, vt latebras dii quaererent in mari, vt ſup. Z, 135 ſq. Bacchus, et Σ, 395 ſq. Vulcanus. — 202. *οἵ με σφοῖσι δόμοισι.* Itaque narratum eſſe debuit inter bella Titanum cum Iove Iunonem a matre fuiſſe Oceani et Tethyos fidei creditam, in regia Oceani abditam et nutritam. Bellum cum Titanibus declaratur ab euentu, vſſ. 203. 4. cum Iupiter Cronum (cum Titanibus cf. inf. 274. 279) detruſit in Tartarum: quae expoſita ſunt in Heſiodi Theogonia. — 205. Debuit in carminibus iſtis theogonicis et coſmogonicis narratum eſſe et hoc, fuiſſe aliquando diſſidia inter Oceanum et Tethyn: quod nunc poeta ingenioſe alio reſpectu memorat; quo ſenſu vero illud ab antiquioribus traditum, et quibus de cauſſis iurgium illud natum fuerit, cum antiqua carmina perierint, nunc ignoramus. Commenta allegorica ſpernimus; ſed potuit ac debuit aliquid ſymbolice declarari pro vetuſtatis more. — 209. *ἀνέσαιμι*, ſi eos

Digitized by Google

αἰεὶ κέ σφι φίλη τε καὶ αἰδοίη καλεοίμην. 210

Τὴν δ' αὖτε προσέειπε Φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη·

οὐκ ἔστ', οὐδὲ ἔοικε, τεὸν ἔπος ἀρνήσασθαι·

Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύεις.

Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα,

211 ΠΡΟΣΕΦΕΙΠΕ 212 ΟΥΔΕ ΕΕΟΙΚΕ ΤΕΟΝ ΕΕΠΟΣ

permouero, ὁμοῦσθαι εἰς εὐνήν, vt congrediantur iterum in amplexus mutuos. Ergo ſeceſſum et diuortium fecerant, ſaltem ſecubuerant per aliquod tempus coniuges Oceanus et Tethys. — 212. ἔπος ἀρνήσασθαι, quod poſtulas, recuſare, abnegare. vox generalis pro propria. —

214—223. Ceſtum Iuno a Venere accipit. Vnde notio haec tantarum *ceſti* virium orta ſit, et cur potiſſimum *ceſto* ineſſe fingi potuerit, eſt quaeſtio, in quam grammaticos deſcendiſſe facile expectes. Plurimum venuſtatis et elegantiae a balteo callide corpori iniecto et a cinctura proficiſci facile intelligebatur; id quod ipſe adſpectus veterum ſignorum docet. Rem tamen obſcurant verba: τεῷ δ' ἐγκάτθεο κόλπῳ vſ. 219 et v. 223 ἑῷ ἐγκάτθετο κόλπῳ, quod, ſi verba grammatice ac proprie accipias, repoſitum in ſinu cingulum et quaſi absconditum declarare videtur; vnde creditum eſt, ceſtum illum vim aliquam arcanam habuiſſe. Videtur quoque ſerioribus aetatibus notio *baltei magici* hinc ducta eſſe. Plura huius generis commenta fuere inter ſeriores. Narrant de cingulo Dianae Epheſiae ignotis litterarum ductibus inſcripto. Romae fuit cingulum Caiae Caeciliae notum: v. Feſtus in Proelia p. 148. Similitudinem habet τὸ κρήδεμνον Leucotheae in Odyſſea, quo religatus Vlyſſes ſuſtinetur, ne fluctibus ſubmergatur. — 214. ἀπελύσατο (ἀπὸ) στήθεος (ergo pectus deae reuinxerat ille) κεστὸν ἱμάντα. proprie balteum coriaceum affabre factum, acu pictum,

Digitized by Google

ποικίλον· ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο· 215
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς,
πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων·
τὸν ῥά οἱ ἔμβαλε χερσὶν, ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὀνόμαζε·
Τῆ, νῦν τοῦτον ἱμάντα τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ,
ποικίλον, ᾧ ἔνι πάντα τετεύχαται· οὐδέ σε φημὶ 220
ἄπρηκτόν γε νέεσθαι, ὅ τι φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη,
μειδήσασα δ' ἔπειτα ἑῷ ἐγκάτθετο κόλπῳ.
ἡ μὲν ἔβη πρὸς δῶμα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη·
Ἥρη δ' αἰΐξασα λίπε ῥίον Οὐλύμποιο, 225

215 ΔΕ FOI 218 PA FOI — ΧΕΡΣΙ FΕΠΟΣ
219 Vulg. τεῷ δ' ἐγκάτθεο. 222 ΠΟΤΝΙΑ FΗΡΗ
223 ΕΠΕΙΤΑ FΕΩΙ 225 FΗΡΗ

vnde ποικίλον, ſeu colori- bus, ſeu potius figuris. Ita Herculis balteus figuris inſignis eſt Odyſſ. Λ, 609. et Agamemnonis ſup. Λ, 38. tres ſerpentes. Nec tamen, quae h. l. memorantur, *intexta* ſunt, ſed poetico phantaſmate ineſſe creduntur.

219. τῆ. λάβε, δέξαι. τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ veteres accipiunt, quod verba primo loco offerunt: *abſconde ceſtum tuo ſinu*. Videtur tamen res poſtulare, vt ſit: *pectori tuo cingulum appone, circumda*. v. Obſſ. dem facere vocem ἐγκαταθέσθαι, quae h. l. dicta eſt pro admouere, illigare, circumdare ceſtum pectori, pectus ſuccingere cingulo.

221. σὲ ἄπρηκτον (κατὰ τοῦτο) ὅ τι Φ.

225. ῥίον Οὐλύμποιο. nam ibi ſtabat ſup. 154. Ex h. l. manifeſtum fit, in ipſo monte Olympo ſedem deorum eſſe conſtitutam. Ex eo iter fit verſus ſeptentrionem per *Pieriam*, nam Pieres tum eam partem inhabitabant, et *Emathiam*,

Digitized by Google

Πιερίην δ' ἐπιβᾶσα, καὶ Ἠμαθίην ἐρατεινὴν,
σεύατ' ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν ὄρεα νιφόεντα,
ἀκροτάτας κορυφάς· οὐδὲ χθόνα μάρπτε ποδοῖιν.
ἐξ Ἄθόω δ' ἐπὶ πόντον ἐβήσατο κυμαίνοντα·
Λῆμνον δ' εἰσαφίκανε, πόλιν θείοιο Θόαντος, 230
ἔνθ' Ὕπνῳ ξύμβλητο, κασιγνήτῳ Θανάτοιο,

quae partem earum terrarum complectebatur, quae ſerius dicta eſt Macedonia. — 227. Ex Emathia iter factum per Chalcidicen ſerius dictam cum peninſula excurrente in montem Atho. Θρηκῶν ὄρεα. adeo illo tempore ea regio fuit habitata *a Thracibus:* qui ſenſim repreſſi ceſſere Graecis de ſuis ſedibus, aut eos colonos accepere. ἱπποπόλων. ita Thraces illis temporibus, vt etiam ex Herodoto patet, equis alendis ſtuduerunt; et in bellis equitatu valuerunt, h. e. curribus bellicis. — 228. οὐδὲ χθόνα μάρπτε ποδοῖιν vt ſolet inceſſus deorum volatui ſimilis haberi, vt ſuperficiem ſoli vix attingant; nunc dea ſuper montium iuga et cacumina leui greſſu incedit; vt inf. 285 ſuper ſiluarum culmina; quomodo illud efficiatur, poeta haud narrat; petita res eſt ex hominum ſenſu, ad auium volatum talem motum et inceſſum deorum adumbrante. Itaque nec vſ. 229 ἐπεβήσατο πόντον aliter eſt accipiendum, et aliena ſunt a poetae ingenio, more, et ab vetuſtatis et ſermonis priſci indole, commenta, quae paſſim allata ſuerunt. Iidem homines, qui nubes celerrime per aerem ferri videbant, facile deos quoque ſuper his iisdem nubibus ferri putare poterant et ſic alia. — 229. *Athos* mons imminet inſulae Lemno, vt et eius vmbra obſcurari narretur inſulae pars media. v. Obſſ.

231. *In Lemno* ſedes *Somni* aut antiqua aliqua religione, Ara vel ſacro ibi Somno conſtituto, traditur h. l. aut ex mytho nunc parum noto. cf. Obſſ. niſi praeſtat, ad occurſum fortuitum hoc referre, cum in mediis dei per orbem ter-

Digitized by Google

ἔν τ' ἄρα οἱ Φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Ὕπνε, ἄναξ πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων,
εἰ μέν δή ποτ' ἐμεῦ ἔπος ἔκλυες, ἠδ' ἔτι καὶ νῦν
πείθευ· ἐγὼ δέ κέ τοι ἰδέω χάριν ἤματα πάντα·
κοίμησόν μοι Ζηνὸς ὑπ' ὀφρύσιν ὄσσε φαεινὼ
αὐτίκ', ἐπεί κεν ἐγὼ παραλέξομαι ἐν φιλότητι.
δῶρα δέ τοι δώσω, καλὸν θρόνον, ἄφθιτον αἰεί,
χρύσεον· Ἥφαιστος δέ κ' ἐμὸς πάϊς ἀμφιγυήεις
τεύξει ἀσκήσας, ὑπὸ δὲ θρῆνυν ποσὶν ἧσει,

232 ΕΝ Τ ΑΡΑ ΦΟΙ ΦΤ ΧΕΙΡΙ ΓΕΠΟΣ 233
ΥΠΝΕ ΓΑΝΑΞ 234 ΓΕΠΟΣ 235 ΓΙΔΕΩ.
Vulg. *εἰδέω.*

rarum erroribus ad ſopiendos homines dea ei occurreret. Alias Somni ſedes eſt in inferis, et ad Orci oſtia, vti iam in Heſiodo Θ. 744. 758.

233. *θεῶν.* nam et illi ſomno oppreſſi dormiunt: vt ſup. B, pr.

234. Si vnquam *meis precibus locus apud te fuit, nunc quoque mihi concede, quod precor te.* ἠδ' pro ἦ *ſane et nunc.*

236. quod poſt ὄσσε, ὑπ' ὀφρύσιν adiectum, antiquo ſermone fit; habet vim ad mentis ſenſum multo magis feriendum, quam ſi ſimpl. eſſet κοίμησόν μοι Ζῆνα. Occurrunt animo plura per adiecta; atque ideo potentius eſt ad phantaſiam.

238. Quod Somno θρόνον promittit Iuno, puto ad maiorum deorum honorem ſpectare, hoc, quod alto throno inſident. At referunt ad Somni mollitiem et ſomnolentiam, vt habeat, vbi recumbat. Neceſſe adeo eſt θρόνον lecti ſpeciem et vſum habuiſſe, vt reclinatus aliquis in eo recumberet; quod aliunde non teneo. ἄφθιτον αἰεὶ, quid ſit, e χρύσεον ſtatim intelligitur: quod vſu non atteritur, ideoque durabile eſt. v. ad B, 46. Talia ſunt omnia Vulcani opera.

Digitized by

τῷ κεν ἐπισχοίης λιπαροὺς πόδας εἰλαπινάζων.

Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσεφώνεε νήδυμος Ὕπνος·
Ἥρη, πρέσβα θεὰ, θύγατερ μεγάλοιο Κρόνοιο,
ἄλλον μέν κεν ἔγωγε θεῶν αἰειγενετάων
ῥεῖα κατευνήσαιμι, καὶ ἂν ποταμοῖο ῥέεθρα 245
Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται·
Ζηνὸς δ' οὐκ ἄν ἔγωγε Κρονίονος ἆσσον ἰκοίμην,
οὐδὲ κατευνήσαιμ', ὅτε μὴ αὐτός γε κελεύοι.
ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτε ἧ ἐπίνυσσεν ἐφετμῇ,

243 FHPH 249 ΑΛΛΟΤΕ FHl. vulg. καὶ ἄλλο τεὴ et ἄλλοθ' ἑῇ.

242—262. Somnus tergiuerſatur erga Iunonis poſtulata et metum iraſcentis Iouis oſtentat.

245. καὶ ῥέεθρα Ὠκεανοῖο ῥεῖα κατευνήσαιμι ἄν. Aut τὰ ῥέεθρα Ὠκεανοῦ pro ipſo Oceano, etſi in hoc contexto parum ſubtiliter, dicta eſſe debent, aut ex mythico ſermone hoc inſidet poetae animo, vt Oceanum et proprie et appellatiue dictum confundat; ποταμὸν appellat; debuit ergo eſſe notio ea, vt fluminis modo circumfluere terram crederetur; quae res ad diſputationem de notione veterum ſuper Oceano ſpectat.

249. Repetitum hoc ex Heraclíis; et hoc ipſo patet antiquiora ante Homerum fuiſſe huiusmodi ἔπη; alioqui neceſſe eſt, et h. l. et omnia loca in Iliade de Hercule eſſe inſititia. Quod Hercules a Troia rediens tempeſtate oppreſſus vix in inſulam Con enatauerat, ornatum erat hoc modo: Iunonis fraude Iouem ſomno oppreſſum fuiſſe, vt ipſa tempeſtatem concitare poſſet. Fabulam v. ap. Apollod. II, 7, 1. Coniungendus locus alter inf. O, 18 ſqq. — 30 et A, 587 ſq. — 249. ἧ ἐπίνυσσεν ἐφετμῇ. Ille me iam antea ſuis minis perterrefecit, vt me poeniteret ſimilis facti, cum Iouem in tui gratiam con-

Digitized by Google

ἤματι τῷ, ὅτε κεῖνος ὑπέρθυμος Διὸς υἱὸς
ἔπλεεν Ἰλιόθεν, Τρώων πόλιν ἐξαλαπάξας.
ἦτοι ἐγὼ μὲν ἔλεξα Διὸς νόον αἰγιόχοιο
πήδυμος ἀμφιχυθείς· σὺ δέ οἱ κακὰ μήσαο θυμῷ,
ἔρσας' ἀργαλέων ἀνέμων ἐπὶ πόντον ἀήτας·
καί μιν ἔπειτα Κόωνδ' εὖ ναιομένην ἀπένεικας,
νόσφι φίλων πάντων· ὁ δ' ἐπεγρόμενος χαλέπαινε,
ῥιπτάζων κατὰ δῶμα θεούς· ἐμὲ δ' ἔξοχα πάντων
ζήτει, καί κέ μ' ἄϊστον ἀπ' αἰθέρος ἔμβαλε πόντῳ,

250 Vulg. ὅτ' ἐκεῖνος. 251 ΕΠΛΕΕ ΓΙΛΙΟΘΕ 253 ΔΕ ΓΟΙ 258 ΑΓΙΣΤΟΝ

ſopiſſem. ἐφετμὴ h. l. pro minis. πινύσσειν, facere vt alter reſipiſcat. v. Obſſ. — 252. ἔλεξα Διὸς νόον pro τὸν Δία ſopiui Iouem. — 256. νόσφι φίλων πάντων. puto, quia naufragio facto in inſulam enatauerat, aut, quod alii narrant, ceteris amiſſis vna naui appulerat: v. Apollod. II, 7, 1. Adierat autem Troiam Hercules ſex nauibus, vt ſup. E, 640 ſq. vidimus. — 257. ῥιπτάζων κατὰ δῶμα. expreſſit mores rudium aetatum, in quibus irae intemperantia regnat; v. A, 586. et mox O, 137. — 258. ἄϊστον. de eo qui periit, vt nec amplius eius notitia ſuperſit. vnde eſt ἀϊστοῦν. ἀϊστωθῆναι Od. K, 259. 260. et h. l. ἄϊστον idem quod ἀϊστωθέντα. Videmus ergo et hoc a ſenſibus hominum petitum, quod deus non modo in Tartarum, verum et in mare proiectus, ἀϊστωθῆναι, ἄϊστος γίνεσθαι, poteſt. Omnia enim haec ad rudiſſimae vetuſtatis ſenſum ſunt advmbrata. Similiter iam Vulcanum ex Olympo proturbatum vidimus A, 590. Commode *Nox* interuenit, vtpote Somni mater: Heſiod. Θ. 758 et a nocte ille occultatur. *Noctis* autem tanquam antiquiſſimae, πρεσβυτάτης cum Chao deae magna auctoritas: vnde 261 ἄζετο γάρ. Alia reuerentia acceſſit Nocti e rebus ma-

Digitized by Google

εἰ μὴ Νὺξ δμήτειρα θεῶν ἐσάωσε καὶ ἀνδρῶν,
τὴν ἰκόμην φεύγων· ὁ δ' ἐπαύσατο χωόμενός περ·
ἄζετο γὰρ, μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἔρδοι.
νῦν αὖ τοῦτό μ' ἄνωγας ἀμήχανον ἄλλο τελέσσαι.

Τὸν δ' αὖτε προσέειπε βοῶπις πότνια Ἥρη·
Ὕπνε, τίη δὲ σὺ ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς;
ἦ φὴς, ὡς Τρώεσσιν ἀρηγέμεν εὐρυόπα Ζῆν',
ὡς Ἡρακλῆος πέρι χώσατο, παιδὸς ἑοῖο;
ἀλλ' ἴθ', ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν,
Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα. [δα·
Ὡς φάτο. χήρατο δ' Ὕπνος, ἀμειβόμενος δὲ προσηύ-

261 ΑΠΟΘΥΜΙΑ ΕΡΔΟΙ 263 ΠΡΟΣΕΕΙΠΕ — ΠΟΤΝΙΑ ΗΡΗ 266 ΗΕΟΙΟ 269 ΕΕΛΔΕΑΙ

gicis, de qua h. l. non eſt cogitandum. Eandem mature communicauit cum Hecate, iam apud Heſiodum in Theogonia. μὴ ἀποθύμια ἔρδοι. λυπηρόν τι. μὴ λυπῇ αὐτήν. v. Obſſ.

263—291. Nouis Iunonis promiſſis delinitus Somnus recipit in ſe, quod ea petierat, vt Iouem ſopiat.

264. Ὕπνε, τίη — quomodo tibi haec in animum veniunt! — 265. an putas, Iouem ita Troianis nunc opitulari, vt olim ſtuduit Herculi, ita vt iraſceretur Iunoni, quod eum fraude oppreſſerat? Poeta haec coagmentauit: Ζῆνα ἀρηγέμεν ὥς, ὡς ἐχώσατο περὶ Ἡρακλῆος. — 267. 8. 9. Ex fabulis antiquioribus, nunc obliteratis, petitum hoc eſſe debuit, quod Somnum amor Paſitheae, vnius e Gratiis, tenuit. ἧς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα. cuius amore tu ſemper teneris. Noſtro loquendi more hoc per praeteritum effertur. Virgilius ad futurum tempus transtulit Aen. I, 74 *omnes vt tecum — annos*

Digitized by Google

ἄγρει νῦν μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ,
χειρὶ δὲ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἕλε χθόνα πουλυβότειραν,
τῇ δ' ἑτέρῃ ἅλα μαρμαρέην· ἵνα νῶιν ἅπαντες
μάρτυροι ὥς' οἱ ἔνερθε θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἑόντες·
ἦ μὲν ἐμοὶ δώσειν Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων,
Πασιθέην, ἧς τ' αὐτὸς ἐέλδομαι ἤματα πάντα.

Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
ὤμνυε δ', ὡς ἐκέλευε, θεοὺς δ' ὀνόμηνεν ἅπαντας,

271 ΑΓΑΓΑΤΟΝ 276 ΕΓΕΛΔΟΜΑΙ 277 λευκώλενος Γηρη. v. Exc. II. ad Λ, 55.

exigat. — 271. ὄμοσσόν μοι — ἦ μὲν ἐμοὶ δώσειν. ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ, Styx, quam nemo periurio violare impune ausit. v. Obss. — 272. 3. 4. altera manu terram, altera mare attingere Iunonem iurantem iubet Somnus: magnitudinem hoc habet, pro eo, quod erat, extendere seu protendere manum versus terram et mare. Est autem is mos iurandi omnium temporum, vt iurantes manu teneant aliquid, quod sanctum et religiosum sit; vt victimam, aram, mensam tactam; seriores, sceptrum, gladium, codicem sacrum. Idem fit precando, obtestando, diras faciendo, vti I, 564. 5. Symbolici aliquid inesse his, facile agnoscas; etsi id, quod ab initio symboli vsum habuerat, mature in morem et ritum sine vi et sensu abire solet. Ad iurisiurandi religionem spectant maxime duo, *testes* et *vltor*. *Testes* h. l. sunt dii in Tartaro: μάρτυροι ὥς' οἱ ἔνερθε θεοί vss. 274. 275. videntur pro testibus adhibiti propter reuerentiam antiquioribus diis habitam; quos in foederum quoque formula adhiberi vidimus, Γ, 278. 279. Horum respectu apprehendi videtur terra et mare, sub quibus Tartarus est. *Vltrix* periurii est Styx, qua pota periurus sensibus priuatur et spiritu per annum integrum, vt est ap. Hesiod. Θ. 793. — 276. v. ad vs. 269.

278. Iuno θεοὺς ὀνόμηνεν

τοὺς ὑποταρταρίους, οἳ Τιτῆνες καλέονται.
αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὄμοσέν τε, τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον,
τὼ βήτην, Λήμνου τε καὶ Ἴμβρου ἄστυ λιπόντε,
ἠέρα ἐσσαμένω, ῥίμφα πρήσσοντε κέλευθον.
Ἴδην δ' ἱκέσθην πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν,
Λεκτόν· ὄθι πρῶτον λιπέτην ἅλα· τὼ δ' ἐπὶ χέρσου
βήτην· ἀκροτάτη δὲ ποδῶν ὕπο σείετο ὕλη.
ἔνθ' Ὕπνος μὲν ἔμεινε, πάρος Διὸς ὄσσε ἰδέσθαι,
εἰς ἐλάτην ἀναβὰς περιμήκετον, ἥ τότ' ἐν Ἴδῃ
μακροτάτη πεφυυῖα δι' ἠέρος αἰθέρ' ἵκανεν·
ἔνθ' ἧστ' ὄζοισι πεπυκασμένος εἰλατίνοισιν,
ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, ἥν τ' ἐν ὄρεσσι

281 FAΣTT 282 HEPA FEΣΣAMENΩ 285 Vulg. ὑπ' ἐσείετο. f. legendum σείετ' ἄρ' ὕλη. 286 OΣΣE FIΔEΣΘAI

πάντας· pro ſimplici: ea iurauit per deos Titanes; putanda enim eſt facere id, quod Somnus poſtulauerat; μάρτυροι ὦσιν οἱ ἔνερθε θεοί. ergo eos inuocare debuit, vt teſtes eſſent. hoc ipſum eſt, quod mox 280 τελευτᾷν τὸν ὅρκον, h. e. τελεῖν, obſeruato rite iurisiurandi ritu et pronuntiata formula. — 281. Lemni et Imbri ἄστυ. quod alias πόλις, pro locis inſulae habitatis; omnino pro ipſa inſula. Serius in vrbes proprie dictas collecti ſunt inſularum incolae. — 282. ἠέρι ἐσσάμενοι, nube. — 283. Ἴδην — Λεκτόν. appoſita: venerunt ad Idam, et quidem ad primam Idae partem, Lectum promontorium. — 285. Etiam hoc ad inceſſum deorum leuem et ſuſpenſum ſpectat, ex rudium hominum ſenſu facile aſſequendum; v. ſup. ad 227. 8. — 286. πάρος Διὸς ὄσσε ἰδέσθαι antequam in conſpectum Ionis veniret. — 290. ὄρνιθι ἐναλίγκιος, non quaſi Somnus in auem mutatus aut ei ſimilis factus fuerit; ſed inſedit arbori auis more, et quidem ex eo gene-

Digitized by Google

χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.
Ἥρη δὲ κραιπνῶς προσεβήσετο Γάργαρον ἄκρον
Ἴδης ὑψηλῆς· ἴδε δὲ νεφεληγερέτα Ζεύς.
ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρος πυκιναὶς φρένας ἀμφεκάλυψεν,
εἷον ὅτε πρώτιστον ἐμισγέσθην φιλότητι,
εἰς εὐνὴν φοιτῶντε, φίλους λήθοντε τοκῆας·
στῆ δ' αὐτῆς προπάροιθεν, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Ἥρη, πῆ μεμαυῖα κατ' Οὐλύμπου τόδ' ἱκάνεις;
ἵπποι δ' οὐ παρέασι καὶ ἅρματα, τῶν κ' ἐπιβαίης.
Τὸν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα πότνια Ἥρη·
ἔρχομαι ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,
Ὠκεανόν τε, θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν,

292 ΓΗΡΗ vulg. προσεβήσατο. 293 ΓΙΔΕ 294 ΙΩΣ ΔΕ ΓΙΔ ΙΩΣ vulg. ἐρως 297 ΠΡΟΠΑΡΟΙΘΕ ΓΕΠΟΣ 298 ΓΗΡΗ 300 ΠΟΤΝΙΑ ΓΗΡΗ

re, quod ſolet inter frondes maxime deliteſcere: hoc volebat Schol. B. ἐναλίγκιος κατὰ τὴν κάθεδραν. nam capite ſub frondibus occultato inſidere arbori ſolet cymindis. v. Obſſ. Simili modo Minerua et Apollo ſedebant in arboribus ὄρνισιν ἐικότες αἰγυπιοῖσιν, ſup. H. (VII,) 58 ſq. vbi v. Obſſ. — 291. Vulgare auis nomen Ionum fuit κύμινδις, doctius ſeu antiquius, forte in antiquioribus carminibus memoratum, χαλκίς. ἥν τ' ἐν ὄρεσσιν ſc. οὖσαν, διατρίβουσαν. v. Obſſ.

292—351. Iunone conſpecta Iupiter amore exarſit et in eius amplexus ruit.

294. ἔρος μιν φρένας ἀμφεκάλυψε, petitum eſſe malim a nube (vt inf. 343) vmbra, tenebris, ſomno; de his enim frequentatur vox, quam a reti, quod Schol. et Euſtath. ſtatuunt. — 295. 296. Ἥρας γένος ad antiquiſſimos mythos ſpectat. v. Obſſ. — 297. στῆ δ' αὐτῆς προπάροιθεν *obuiam ei proceſſit.* — 299. Tam inſolens res erat, deos non curru inuehi, ſed pedibus incedere. — 301. Ad ſeqq. cf.

Digitized by Google

οἵ με σφοῖσι δόμοισιν ἐὺ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον·
τοὺς εἶμ' ὀψομένη, καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω.
ἤδη γὰρ δηρὸν χρόνον ἀλλήλων ἀπέχονται
εὐνῆς καὶ φιλότητος· ἐπεὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ.
ἵπποι δ' ἐν πρυμνωρείῃ πολυπίδακος Ἴδης
ἑστᾶσ', οἵ μ' οἴσουσιν ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν.
νῦν δὲ σεῦ εἵνεκα δεῦρο κατ' Οὐλύμπου τόδ' ἱκάνω,
μή πως μοι μετέπειτα χολώσεαι, αἴκε σιωπῇ
οἴχωμαι πρὸς δῶμα βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο.

Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἥρη, κεῖσε μέν ἐστι καὶ ὕστερον ὁρμηθῆναι·
νῶϊ δ', ἄγ', ἐν φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε·
οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος, οὐδὲ γυναικὸς,
θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν,
οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο,
ἣ τέκε Πειρίθοον, θεόφι μήστωρ' ἀτάλαντον·
οὐδ' ὅτε περ Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης,
ἣ τέκε Περσῆα, πάντων ἀριδείκετον ἀνδρῶν·

303 Vulg. οἵ μ' ἐν 309 Vulg. δέ σευ 313 FHPH

ſup. 200 ſq. — 311. δῶμα Ὠκεανοῦ. non bene nunc conuenit epitheton βαθυῤῥόου de perſona dei. Sed hoc veteres non reſpuerunt. cf. ad 434.

314. ἐν φιλότητι εὐνηθέντε, τραπείομεν pro ταρπῶμεν ab ἐτάρπην, a τέρπεσθαι v. V. L. — 316. Enumeratio amorum eſt ex pannis rhapſodicis, v. V. L. per ſe, et alio loco, non indocta. — 317. 8. Cum Pirithous Iouis f. haberetur, vt B, 741 vidimus: *Dia*, Deionis filia, *Ixioni* nupta, eum ante nuptias e Ioue concipere debuit: ergo Ἰξιονίη ἄλοχος ſerius facta. Socerum Ixion fraude ſuſtulerat ap. Pindar. P. II,

οὐδ' ὅτε Φοίνικος κούρης τηλεκλειτοῖο,
ἣ τέκε μοὶ Μίνω τε καὶ ἀντίθεον Ῥαδάμανθυν·
οὐδ' ὅτε περ Σεμέλης, οὐδ' Ἀλκμήνης ἐνὶ Θήβῃ,
ἣ ῥ' Ἡρακλῆα κρατερόφρονα γείνατο παῖδα·
ἣ δὲ Διώνυσον Σεμέλη τέκε, χάρμα βροτοῖσιν.
οὐδ' ὅτε Δήμητρος, καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης·
οὐδ' ὁπότε Λητοῦς ἐρικυδέος, οὐδὲ σεῦ αὐτῆς·
ὡς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ.
Τὸν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα πότνια Ἥρη·
αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες;
αἰ νῦν ἐν φιλότητι λιλαίεαι εὐνηθῆναι
Ἴδης ἐν κορυφῇσι· τὰ δὲ προπέφανται ἅπαντα·
πῶς κ' ἔοι, εἴ τις νωϊ θεῶν αἰειγενετάων
ἴδοντ' ἀθρήσειε, θεοῖσι δὲ πᾶσι μετελθὼν
πεφράδοι; οὐκ ἂν ἔγωγε τεὸν πρὸς δῶμα νεοίμην,
ἐξ εὐνῆς ἀναστᾶσα· νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη.
ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐθέλεις, καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ,
ἔστιν τοι θάλαμος, τόν τοι φίλος υἱὸς ἔτευξεν
Ἥφαιστος, πυκιναὶς δὲ θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσεν·
ἔνθ' ἴομεν κείοντες, ἐπεί νύ τοι εὔαδεν εὐνή.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·

326 ΚΑΛΛΙΠΛΟΚΑΜΟΙΟ ΓΑΝΑΣΣΗΣ 329
ΠΟΤΝΙΑ ΓΗΡΗ 330 ΕΓΒΙΠΕΣ 340 ΕΓΑΔΕ

59. vbi v. Sch. et ſup. Schol. ad A, 268. — 321. De *Europa* locus notabilis. v. V. L. — 332. τὰ δὲ προπέφαντα ἅπαντα, Φανερά ἐστι. in medio poſita ſunt. — 336. νεμεσσητὸν, Heſych. ἐπίφθονον. μεμψίμοιρον. καὶ ὃ ἄν τις ἐντραπείη. vltima ad h. l. ſpectant vt inf. Π, 544 νεμεσσήθητε. αἰσχύνθητε. — 340. ἐπεὶ — εὐνή. *ample-*

Ἥρη, μήτε θεῶν τόγε δείδιθι, μήτε τιν' ἀνδρῶν
ὄψεσθαι· τοῖόν τοι ἐγὼ νέφος ἀμφικαλύψω
χρύσεον· οὐδ' ἂν νωΐ διαδράκοι Ἠέλιός περ,
οὔ τε καὶ ὀξύτατον πέλεται Φάος εἰσοράασθαι. 345
Ἦ ῥα, καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρίνου παῖς ἣν παράκοι-
τοῖσι δ' ὑπὸ Χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην, [τιν·
λωτόν θ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον
πυκνὸν καὶ μαλακόν· ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔεργε.
τῷ ἔνι λεξάσθην, ἐπὶ δὲ νεφέλην ἔσσαντο 350
καλὴν, χρυσείην· στιλπναὶ δ' ἀπέπιπτον ἔερσαι.
Ὡς ὁ μὲν ἀτρέμας εὗδε πατὴρ ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ,
ὕπνῳ καὶ Φιλότητι δαμείς· ἔχε δ' ἀγκὰς ἄκοιτιν.
βῆ δὲ θέειν ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν νήδυμος Ὕπνος,
ἀγγελίην ἐρέων γαιήοχῳ Ἐννοσιγαίῳ· 355

342 ΕΗΡΗ 346 ΕΗΝ ΠΑΡΑΚΟΙΤΙΝ 348 leg. ἑρσήεντ' ἠδὲ 349 ΕΕΕΡΓΕ 350 ΕΣΣΑΝΤΟ 355 ΕΕΡΕΩΝ

xus pro ἐπεὶ ἀνδάνει σοι (cupido te inceſſit) συνευνᾶσθαι ἐμοί.

343. τοῖόν τοι. *nam ego* nobis *denſiſſimam* nubem obducam. *Auream*, qualem natura caeli interdum offert. ἀμφικαλύψω vt 359 mox 350 ἐΦέσσαντο more loquendi Homerico. v. Obſſ. ad Θ, 331.

346. Locus pulcerrimus ex antiquitate, multis poetarum pro exemplo futurus; petitis ornamentis a verno tempore; et traducta re ab iis quae praeſentiam deorum arguunt vel numen; cf. E, 776. 7. — 349. ὑψόσ' ἔεργε. διεῖργεν αὐτούς. praeclare reddit mollitiem tori in gramine alto, quod ita ſuffulti ſumus, vt eleuari ab eo videamur.

352—387. Re a Somno nuntiata, Iouem obdormiiſſe, Neptunus, nunc inſtandum eſſe videns, incendit Achiuorum pugnantium animos ira, ſuadetque, vt

ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

Πρόφρων νῦν Δαναοῖσι, Ποσειδάων, ἐπάμυνε,
καί σφιν κῦδος ὄπαζε, μίνυνθά περ, ὄφρ' ἔτι εὖδει
Ζεύς· ἐπεὶ αὐτῷ ἐγὼ μαλακὸν περὶ κῶμα κάλυψα·
Ἥρη δ' ἐν Φιλότητι παρήπαφεν εὐνηθῆναι.
Ὡς εἰπὼν, ὁ μὲν ὤχετ' ἐπὶ κλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων·
τὸν δ' ἔτι μᾶλλον ἀνῆκεν ἀμυνέμεναι Δαναοῖσιν.
αὐτίκα δ' ἐν πρώτοισι μέγα προθορὼν ἐκέλευσεν·
Ἀργεῖοι, καὶ δ' αὖτε μεθίεμεν Ἕκτορι νίκην
Πριαμίδῃ, ἵνα νῆας ἕλῃ, καὶ κῦδος ἄρηται;
ἀλλ' ὁ μὲν οὕτω φησί, καὶ εὔχεται, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς
νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσι μένει κεχολωμένος ἦτορ·
κείνου δ' οὔτι λίην ποθὴ ἔσσεται, εἴ κεν οἱ ἄλλοι
ἡμεῖς ὀτρυνώμεθ' ἀμυνέμεν ἀλλήλοισιν.

356 ΙΣΤΑΜΕΝΟΣ ΕΠΕΑ 357 Vulg. ἐπάμυναι
358 corr. ἔτι γ' εὕδει. 360 ΕΗΡΗ 361 ΕΙΠΩΝ

arma firmiora inualidi validioribus et fortioribus mutentur; perſuadet idem hoc ipſis regibus in pugnam progreſſis, cum vulneribus tardati pugnare nequeant. De iis, quae hunc locum premunt, v. Obſſ. ad vſ. 370. 379.

357. πρόφρων omni cum ſtudio. — 358. κῦδος ὄπαζε. νίκην. vt ſuperiores ſint pugna. — 360. παρήπαφε τὸν Δία, ὥστε (αὐτὸν) εὐνηθῆναι (παρ' αὐτῇ) ἐν Φιλότητι.

364. Neptunus animos Achiuorum partim pudore partim indignatione, Achillis mentione facta, pertentat. Qua ſpecie ſe obtulerit deus, poeta non memorat. Supra vſ. 136 *ſeni* ſe aſſimulauerat; antea N, 45 Calchanti, 216 Thoanti.

366. ὁ μὲν οὕτω φησί ſcil. νῆας ἕλειν, putat, confidit, ita ſe facturum eſſe et claſſe potiturum. vt ſup. 45 ὡς ποτ' ἐπηπείλησεν. —

ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω, πειθώμεθα πάντες. 370
ἀσπίδας, ὅσσαι ἄριστοι ἐνὶ στρατῷ ἠδὲ μέγιστοι,
ἐσσάμενοι, κεφαλὰς δὲ παναίθῃσι κορύθεσσι
κρύψαντες, χερσί τε τὰ μακρότατ' ἔγχε' ἑλόντες,
ἴομεν· αὐτὰρ ἐγὼ ἡγήσομαι, οὐδέ τι φημὶ
Ἕκτορα Πριαμίδην μενέειν, μάλα περ μεμαῶτα. 375
ὃς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος, ἔχῃ δ' ὀλίγον σάκος ὤμῳ,
χείρονι φωτὶ δότω, ὁ δ' ἐν ἀσπίδι μείζονι δύτω.

Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ' ἐπίτουὸς δ' αὐτοὶ βασιλῆες ἑκόσμεον, οὐτάμενοί περ, [θοντο.
Τυδείδης, Ὀδυσεύς τε, καὶ Ἀτρείδης Ἀγαμέμνων· 380
οἰχόμενοι δ' ἐπὶ πάντας, ἀρήϊα τεύχε' ἄμειβον·
ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδυνε, χέρεια δὲ χείρονι δόσκεν.
αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἔσσαντο περὶ χροΐ νώροπα χαλκὸν,
βάν ῥ' ἴμεν· ἦρχε δ' ἄρα σφι Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
δεινὸν ἄορ ταναΰπεκες ἔχων ἐν χειρὶ παχείῃ. 385
εἴκελον ἀστεροπῇ· τῷ δ' οὐ θέμις ἐστὶ μιγῆναι

370 al. ἐγὼν item 374. 372 FESSAMENOI 376 Vulg. ἔχει 382 Vulg. δόσκον 383 EPEI FESSANTO 386 FEIKELON

372. ἀσπίδας ἐσσάμενοι. quod alias de thorace: nunc de clipeo, reſpectu baltei, e quo pendebat. — 375. μενέειν, ſc. ἡμᾶς. ſubſiſtendo ſuſtinere. — 386. τῷ δὲ, ſeu Ποσειδῶνι, ſeu ἄορι. huic nemo auſit occurrere, obiicere ſe; itaque nec concurrere cum Neptuno. οὐ θέμις ἐστίν. οὐ θεμιτόν. vt Lat. fas, de eo quod nemo facere auſit, quia perfici nequit. Ita eſt non modo quod lege vetitum eſt, verum etiam fato, vel etiam metu, vt h. l. vt Π, 796 πάρος γε μὲν οὐ θέμις ἦεν· add. Od. K, 73. Pindar. P. IX, 75 de Apolline, σὲ, τὸν οὐ θεμιτὸν, ψεύδεσι θίγειν. qui falli nequis. Ab-

Digitized by Google

ἠὲ δαὶ λευγαλέῃ, ἀλλὰ δέος ἴσχάνει ἄνδρας.

Τρῶας δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἐκόσμεε Φαίδιμος Ἕκτωρ·
δή ῥα τότ' αἰνοτάτην ἔριδα πτολέμοιο τανύσσαν
ἀντιθέων ἀγαθοὶ Ποσειδάωνος ἑταῖροι, καὶ Φαίδιμος Ἕκτωρ·
ἦτοι ὁ μὲν Τρώεσσιν, ὁ δ' Ἀργείοισιν ἀρήγων.
ἐκλύσθη δὲ θάλασσα ποτὶ κλισίας τε νέας τε
Ἀργείων· οἱ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ.
οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάα προτὶ χέρσον,
πὸντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἀλεγεινῇ·
οὔτε πυρὸς τόσσος γε ποτὶ βρόμος αἰθομένοιο,

396 ποτὶ f. ποθί.

iit quoque ad pedeſtres ſcriptores.

388 ad f. Nunc efficitur Neptuni opera et Achiuorum virtute, vt Troiani caſtris iterum excedant. Primo vsque ad 401. pugna recrudeſcit acerrima. — 388. ἐκόσμεε. nunc non vt antea, 379 ſed *inſtruere ordinibus*. — 389. ἔριδα πτολέμοιο τάνυσσαν *intentis viribus, acriter, pugnarunt*. *Formam* iam vidimus N, 358. 9. magnificum autem Hectorem opponi Neptuno.

392. Mirabilis rerum ſpecies magni ingenii inuentum! ad tumultum pugnae exprimendum primo in auxilium vocat maris regi ſuo ſubuenientis fluctus, tempeſtate motos! vt ſolet natura deorum praeſentiam ſentire; mare adeo exaeſtuat Neptuno praeſente. tum comparat idem maris et ignis furentis et procelloſi aeris fremitum. Mirabilis vero ſagacitas in eo ſpectanda, quod haec ab initio praemittit, antequam de ipſa pugna exponat, ita vt iam ab initio animus legentis percuſſus ſit terrore et magnarum rerum expectatione teneatur. cf. Obſſ.

392. ἐκλύσθη δὲ θάλασσα. ἐκλυδωνίσθη, *fluctibus agitatum*. v. Obſſ. — 396. οὔτε τόσσος γε βρόμος (γίνεται) πρὸς πυρὸς pro παρὰ, διὰ, ἐκ πυρός. At 398 πο-

οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὅτε τ' ὤρετο καιέμεν ὕλην·
οὔτ' ἄνεμος τόσσον γε ποτὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν
ἠπύει, ὅστε μάλιστα μέγα βρέμεται χαλεπαίνων·
ὅσσῃ ἄρα Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἔπλετο Φωνὴ, 400
δεινὸν ἀϋσάντων, ἵτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.

Αἴαντος δὲ πρῶτος ἀκόντισε Φαίδιμος Ἕκτωρ
ἔγχει, ἐπεὶ τέτραπτο πρὸς ἰθύ οἱ, οὐδ' ἀφάμαρτε·
τῇ ῥα δύω τελαμῶνε περὶ στήθεσσι τετάσθην,
ἤτοι ὁ μὲν σάκεος, ὁ δὲ φασγάνου ἀργυροήλου· 405
τώ οἱ ῥυσάσθην τέρενα χρόα. χώσατο δ' Ἕκτωρ,
ὅττι ῥά οἱ βέλος ὠκὺ ἐτώσιον ἔκφυγε χειρός·
αὖψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, Κῆρ' ἀλεείνων.
τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα μέγας Τελαμώνιος Αἴας
χερμαδίῳ, τά ῥα πολλὰ, θοάων ἔχματα νηῶν, 410
παὶρ ποσὶ μαρναμένων ἐκυλίνδετο· τῶν ἓν ἀείρας,

403 ΙΘΤ FOI 406 ΤΩ FOI 407 Vulg. ὅττι δή οἱ. PA FOI et ΩΚΤ FETΩΣΙΟΝ 408 ΕΣ FEΘΝΟΣ.

τὶ δρυσὶν eſt dictum pro ἐπὶ ἐν δρυσίν. et 395 cum quarto caſu ποτὶ χέρσον, eadem vi. Vide tamen Obſſ.

402—439. Hector cum Aiace congreſſus vulnere accepto absportatur.

403. ἐπεὶ προσετέτραπτό οἱ. *conuerſus in eum* κατ' ἰθύ, *recta, ore recto.* οὐδ' ἀφάμαρτε, pro ἔτυχεν αὐτοῦ ἐκεῖ, ᾗ. Puta autem a dextra enſem a ſiniſtra clipeum dependiſſe ſuis balteis. Munimentum corporis itaque hac parte erat triplex: geminatus balteus ſuper thorace. τέρενα, epitheton ornans ſine vi.

410. ἔχματα νηῶν. Subiecta ſeu ſuppoſita ſaxa, quibus firmarentur naues in ſolum deductae. Pugnatum adeo iam erat inter naues? vix putes, ſi locorum, in quibus pugnatur, ſitum et proſpectum ante oculos habeas. praeſtat ſtatuere, o-

Digitized by Google

στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἄντυγος, ἀγχόθι δειρῆς·
στρόμβον δ' ὡς, ἔσσευε βαλών, περὶ δ' ἔδραμε πάντη.
ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ ῥιπῆς πατρὸς Διὸς ἐξερίπῃ δρῦς
πρόῤῥιζος, δεινὴ δὲ θεείου γίνεται ὀδμὴ
ἐξ αὐτῆς· τὸν δ' οὔπερ ἔχει θράσος, ὅς κεν ἴδηται
ἐγγὺς ἐὼν, χαλεπὸς δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνός·
ὣς ἔπεσ' Ἕκτορος ὦκα χαμαὶ μένος ἐν κονίῃσι·
χειρὸς δ' ἔκβαλεν ἔγχος, ἐπ' αὐτῷ δ' ἀσπὶς ἐάφθη,
καὶ κόρυς, ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.
οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον υἷες Ἀχαιῶν,
ἐλπόμενοι ἑρύεσθαι, ἀκόντιζον δὲ θαμειὰς
αἰχμάς· ἀλλ' οὔτις ἐδυνήσατο ποιμένα λαῶν
οὐτάσαι, οὐδὲ βαλεῖν· πρὶν γὰρ περίβησαν ἄριστοι,
Πουλυδάμας τε, καὶ Αἰνείας, καὶ δῖος Ἀγήνωρ,
Σαρπηδών τ' ἀρχὸς Λυκίων, καὶ Γλαῦκος ἀμύμων·
τῶν δ' ἄλλων οὔτις εὖ ἀκήδεσεν, ἀλλὰ πάροιθεν
ἀσπίδας εὐκύκλους σχέθον αὐτοῦ· τὸν δ' ἄρ' ἑταῖροι
χερσὶν ἀείραντες φέρον ἐκ πόνου, ἔνθ' ἵππους

416 ΙΟΣ ΚΕ ΓΙΔΗΤΑΙ 420 ΔΕ ΓΟΙ 421 ΜΕΓΑ ΓΙΑΧΟΝΤΕΣ 422 ΓΕΛΠΟΜΕΝΟΙ ΓΕΡΤΕΣΘΑΙ 427 ΟΤΤΙΣ ΓΕΤ Vulg. ἀκήδησ'

mnino esse saxa magna, ex eo genere quae nauibus subiici poterant. — 412. στῆθος βεβλήκει. receſſit adeo Hector vultu verſus Achivos verſo. — 413. ἔσσευεν, Aiax, περιέδραμε τὸ χερμάδιον.

417. χαλεπὸς δὲ pro γάρ.

terribile enim fulmen eſt. — 419. ſupino ore reclinatur, itaque ſcutum balteo alligatum ſupra os incidit, ἐφήφθη αὐτῷ. — 427. Etiam alii Hectoris curam habuere et praetenderunt ipſi ſcuta.

429. 430. ἔνθ' ἵππ-

ὠκέας, οἵ οἱ ὄπισθε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
ἔστασαν, ἡνιοχόν τε καὶ ἅρματα ποικίλ' ἔχοντες·
οἳ τόν γε προτὶ ἄστυ φέρον βαρέα στενάχοντα.
Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἶξον ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο
Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς,
ἔνθα μιν ἐξ ἵππων πέλασαν χθονὶ, καὶδ' ὅ οἱ ὕδωρ
χεῦαν· ὁ δ' ἀμπνύνθη, καὶ ἀνέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν·
ἑζόμενος δ' ἐπὶ γοῦνα, κελαινεφὲς αἷμ' ἀπέμεσσεν·
αὖτις δ' ἐξοπίσω πλῆτο χθονὶ, τὼ δέ οἱ ὄσσε
νὺξ ἐκάλυψε μέλαινα· βέλος δ' ἔτι θυμὸν ἐδάμνα.
Ἀργεῖοι δ', ὡς οὖν ἴδον Ἕκτορα νόσφι ἰόντα,

430 ΙΟΙ FOI 432 ΠΡΟΤΙ FΑΣΤΤ 435 ΚΑΔ
ΔΕ FOI 438 ΔΕ FOI Vulg. καὶδ δέ οἱ 440
ΓΙΔΟΝ

πους. Iuſſerat Hector currum ſe ſubſequi in caſtra, nam ſup. N, 749 eum iterum curru deſcendere vidimus; iuſſerat tamen hunc haud procul a tergo tenere, vt ex h. l. patet. — 433. πόρον Ξάνθου ἶξον. manifeſtum adeo ſit, Troianos ad caſtra Achiuorum peruenisſe Scamandro traiecto et ad tergum relicto. Tenendum hoc ad locorum faciem animo repraeſentandam. — 434. Non ſenſit illa aetas, non bene Xanthum, nunc deum, dici δινήεντα, cum ſubiicitur, *eum a Ioue natum* eſſe, vt nec ſup. de Oceano vſ. 311 δῶμα βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο. Atqui nec Alexandrini poetae ſimilia reſpuerunt, nec Horatius aut Virgilius. — 436. κατέχευάν οἱ ὕδωρ pro vulgari αὐτοῦ. — 437. ἑζόμενος ἐπὶ γοῦνα, *ſuccidiuis poplitibus collapſus.* inf. 495 ſimpl. ἑζόμενος. — 438. πλῆτο χθονὶ, eſt a πλάω, idem ac πελάω, ἐπέπλητο, *admouebatur terrae*, collapſus in terram. — 439. βέλος, vulnus, ictus vis, qua vires animi adhuc fractae et debilitatae iacebant.

440—458. Absportato Hectore erecti Argiui acrius

Digitized by Google

μᾶλλον ἐπὶ Τρώεσσι θόρον, μνήσαντο δὲ χάρμης.
ἔνθα πολὺ πρώτιστος Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας
Σάτνιον οὔτασε, δουρὶ μεταίλμενος ὀξυόεντι,
Ἠνοπίδην, ὃν ἄρα νύμφη τέκε Νηὶς ἀμύμων
Ἤνοπι βουκολέοντι παρ' ὄχθας Σατνιόεντος.
τὸν μὲν Ὀϊλιάδης δουρικλυτὸς, ἐγγύθεν ἐλθών,
οὔτασε καλλαπάρην· ὁ δ' ἀνετράπετ', ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐ-
Τρῶες καὶ Δαναοὶ σύναγον κρατερὴν ὑσμίνην. [τῷ
τῷ δ' ἐπὶ Πουλυδάμας ἐγχέσπαλος ἦλθεν ἀμύντωρ
Πανθοίδης· βάλε δὲ Προθοήνορα δεξιὸν ὦμον,
υἱὸν Ἀρηιλύκοιο· δι' ὤμου δ' ὄβριμον ἔγχος
ἔσχεν. ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ·
Πουλυδάμας δ' ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας·

Οὐ μὰν αὖτ' οἴω μεγαθύμου Πανθοίδαο
χειρὸς ἀπὸ στιβαρῆς ἅλιον πεδῆσαι ἄκοντα,

444 ΓΗΝΟΠΙΔΗΝ 445 ΓΗΝΟΠΙ 447 Vulg. οὔτα κατὰ λαπάρην. 453 Vulg. ἐπεύξατο.

insiant Troianis. Aiax, Oilei f. Satnium necat; at Prothoenorem ex Achiuis Polydamas: qui de successu gloriatur.

440. *νόσφι κιόντα. ἀπερχόμενον*, absportatum. — 445. *Satniois* Troadis fl. in finibus Lelegum: de quo v. ad Z, 34. ad eum vrbs Pedasus ibid. et Φ, 85. 86.

449. *Polydamas*, Panthoi f. quem alias prudentem (M, 60. N, 725 sq.) nunc et fortem exhibet. — 450. *Prothoenor*, Areilyci f. erat inter duces Boetorum: sup. B, 495.

454. *οὐ μὰν αὖτε — αὖτε* nunc non potest esse *iterum*, cum nihil praecesserit; sed pro *δή*, *vtique*. — *πεδῆσαι ἅλιον* pro *πεπεδῆκέναι*. *ἐξορμηθῆναι*. Sollennius *πέτεσθαι* de hasta. Comparat *τὸ, ἔκφυγε χειρὸς Ευ*

ἀλλά τις Ἀργείων κόμισε χροΐ· καί μιν ὄΐω
αὐτῷ σκηπτόμενον κατίμεν δόμον Ἄϊδος εἴσω.
Ὣς ἔφατ'· Ἀργείοισι δ' ἄχος γένετ' εὐξαμένοιο·
Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι Θυμὸν ὄρινε
τῷ Τελαμωνιάδῃ· τοῦ γὰρ πέσεν ἄγχι μάλιστα.
καρπαλίμως δ' ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.
Πουλυδάμας δ' αὐτὸς μὲν ἀλεύατο Κῆρα μέλαιναν,
λικριφὶς αἴξας· κόμισεν δ' Ἀντήνορος υἱὸς
Ἀρχέλοχος· τῷ γάρ ῥα θεοὶ βούλευσαν ὄλεθρον·
τόν ῥ' ἔβαλε, κεφαλῆς τε καὶ αὐχένος ἐν συνεοχμῷ,
νείατον ἀστράγαλον· ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε.
τοῦ δὲ πολὺ προτέρη κεφαλή, στόμα τε, ξίνές τε
οὔδεϊ πλῆντ', ἧπερ κνῆμαι καὶ γοῦνα πεσόντος.
Αἴας δ' αὖτε γέγωνεν ἀμύμονι Πουλυδάμαντι·
Φράζεο, Πουλυδάμα, καί μοι νημερτὲς ἔνισπε, 470

464 Vulg. Ἀρχίλοχος 467 Vulg. πρότερον

ſtathius. — 456. κόμισε τὸν ἄκοντα (ἐν) χροΐ, ἀπεκόμισεν, ἀπέλαβε, *recepit in ſuo corpore*, ictus eſt telo. — 457. vt haſta vteretur pro ſcipione; vt reges vulnerati ſup. 38 ἔγχει ἐρειδόμενοι κίον ἀθρόοι.

458—475. Aiax Polydamantis iactantia incenſus telo eum petit, feritque Archelochum, Antenoris f. quo facto et ipſe gloriatur.

463. λικριφὶς αἴξας, *corpore obliquato*, latere contracto, vt praeterfugeret haſta eo intacto. Niſi cum Koeppen malis: ſaltu in obliquum facto, comparatis locis de apro ſup. M, 148. Od. T, 451. κόμισε *recepit* haſtam, vt ſup. 456. *Archelochus* Antenoris f. v. ſup. M, 100. — 465. ἐν συνεοχμῷ in iunctura capitis et ceruicis (κατὰ) νείατον ἀστράγαλον h. σπόνδυλον, vertebra extrema verſus ſinciput.

Digitized by Google

ἦ ῥ' οὐχ οὗτος ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντιφερέσθαι
ἄξιος· οὐ μέν μοι κακὸς εἴδεται, οὐδὲ κακῶν ἔξ·
ἀλλὰ κασίγνητος Ἀντήνορος ἱπποδάμοιο,
ἢ παῖς· αὐτῷ γὰρ γενεὴν ἄγχιστα ἐῴκει.
Ἦ ῥ', εὖ γιγνώσκων· Τρῶας δ' ἄχος ἔλλαβε θυμόν.
ἔνθ' Ἀκάμας Πρόμαχον Βοιώτιον οὖτασε δουρὶ,
ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαώς· ὁ δ' ὕφελκε ποδοῖιν.
τῷ δ' Ἀκάμας ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀύσας·
Ἀργεῖοι ἰόμωροι, ἀπειλάων ἀκόρητοι,
οὐ θην εἴοισί γε πόνος τ' ἔσεται καὶ ὀιζὺς
ἡμῖν, ἀλλά ποθ' ὧδε κατακτανέεσθε καὶ ὔμμες.
Φράζεσθ', ὡς ὑμῖν Πρόμαχος δεδμημένος εὕδει
ἔγχει ἐμῷ, ἵνα μή τι κασιγνήτοιό γε ποινὴ
δηρὸν ἔῃ ἄτιτος· τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνὴρ
γωτὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα λιπέσθαι.

471 Vulg. ἦ δὴ οὐχ 472 ΚΑΚΟΣ ΓΕΙΔΕΤΑΙ. v. Obſſ. 474 ΑΓΧΙΣΤΑ ΓΕΓΟΙΚΕΙ 485 Vulg. ἐνὶ μεγάροις ἄρεως

471. Compenſari ait, tanquam ἀντιμετρήσει, iacturam in Prothoenore factam caede Archelochi, vltosque adeo eſſe Achiuos iſtius caedem. Sic iam N, 446 ſq. — 472. οὐδὲ κακῶν ἔξ ſc. γενόμενος *ignobili genere*. Supra 126 τῷ οὐκ ἄν με κακὸν καὶ ἀνάλκιδα φάντες. Koeppen laudat Theocr. XXV, 37 οὔ σε κακῶν ἔξ ἔμμεναι, οὐδὲ κακοῖσιν ἐοικότα φύμεναι αὐτῶν.

476—485. Acamas necat Promachum, Alegenoris f. Boeotum: de quo facinore et ipſe gloriatur.

477. ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβάως, ad tuendum corpus, ne ſpolietur. Eſt autem etiam Acamas inter Antenoridas. — 479. ἰόμωροι. *belliceſi*. v. Obſſ. — 485. propter hoc ipſum in votis habet quisque vt ſibi frater ſuperſtes ſit, qui ſui vltor eſſe poſſit. ἀρῆς· ἀλκτῆρα

Ὣς ἔφατ'· Ἀργείοισι δ' ἄχος γένετ' εὐξαμένοιο·
Πηνέλεῳ δὲ μάλιστα δαίφρονι θυμὸν ὄρινεν·
ὠρμήθη δ' Ἀχαάμαντος· ὁ δ' οὐχ ὑπέμεινεν ἐρωὴν
Πηνελέοιο ἄνακτος· ὁ δ' οὔτασεν Ἰλιονῆα,
υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα
Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει, καὶ κτῆσιν ὄπασσε·
τῷ δ' ἄρ' ὑπὸ μήτηρ μοῦνον τέκεν Ἰλιονῆα·
τὸν τόθ' ὑπ' ὀφρύος οὖτα κατ' ὀφθαλμοῖο θέμεθλα,
ἐκ δ' ὦσε γλήνην· δόρυ δ' ὀφθαλμοῖο διὰ πρὸ,
καὶ διὰ ἰνίου ἦλθεν· ὁ δ' ἔζετο χεῖρε πετάσσας
ἄμφω· Πηνέλεως δὲ, ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξύ,
αὐχένα μέσσον ἔλασσεν· ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε,
αὐτῇ σὺν πήληκι, κάρη· ἔτι δ' ἔβριμον ἔγχος
ἦεν ἐν ὀφθαλμῷ· ὁ δὲ φῆ, κώδειαν ἀνασχών,
πέφραδέ τε Τρώεσσι, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·

489 ΠΗΝΕΛΕΟΙΟ ΡΑΝΑΚΤΟΣ et ΟΤΤΑΣΕ ΡΙΛΙΟΝΗΑ 492 ΤΕΚΕ ΡΙΛΙΟΝΗΑ 495 ΔΙΑ ΡΙΝΙΟΤ 496 ΔΕ ΡΕΡΤΣΣΑΜΕΝΟΣ 500 ΡΕΠΟΣ

omnino *mali*, *calamitatis*, *iniuriae vltorem*; ſed λιπέσθαι ſententiam reuocat ad ipſam *mortem*.

486—505. Peneleos Acamantem vlturus ferit Jlioneum e Troianis, gloriabundus et ipſe de facinore.

487. *Peneleos* et ipſe erat inter Boeotorum duces (B, 494) vt Promachus. — 491. 2. Eſt Mercurius inter deos Nomios, agrorum gregumque prouentus augentes. Πλούτου δοτήρ. et Ἐριούνης. — 495. ἔζετο et χεῖρε πετάσσας vt ſup. N, 549 mirum in tali vulnere. Sed videtur haſta oculo inhaerens reſtitiſſe, quo minus praeceps rueret; ſubſedit ſucciduis poplitibus; ſup. 437 ἑζόμενος ἐπὶ γοῦνα. — 499. κώδειαν ἀνασχών. pro ὡς κώδειαν tanquam caput papaueris in caule, ſic nunc

Digitized by Google

Εἰπέμεναί μοι, Τρῶες, ἀγαυοῦ Ἰλιονῆος
πατρὶ Φίλῳ καὶ μητρὶ, γοήμεναι ἐν μεγάροισιν.
οὐδὲ γὰρ ἡ Προμάχοιο δάμαρ Ἀλεγηνορίδαο,
ἀνδρὶ Φίλῳ ἐλθόντι γανύσσεται, ὁππότε κεν δὴ
ἐκ Τροίης σὺν νηυσὶ νεώμεθα κοῦροι Ἀχαιῶν. 505
Ὡς φάτο· τοὺς δ' ἄρα πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλε·
πάπτηνεν δὲ ἕκαστος, ὅπῃ φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.
Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
ὅστις δὴ πρῶτος Βοιωτόεντ' ἀνδραγρεῖ Ἀχαιῶν
ἦρατ', ἐπεί ῥ' ἔκλινε μάχην κλυτὸς Ἐννοσίγαιος. 510
Λῖας ἦα πρῶτος Τελαμώνιος Ὕρτιον οὖτα
Γυρτιάδην, Μυσῶν ἡγήτορα καρτεροθύμων·

501 ΕΙΠΕΜΕΝΑΙ — ΙΛΙΟΝΗΟΣ 507 ΔΕ ΕΚΑΣΤΟΣ

caput infixum haſtae. v. Obſſ. — 503. *οὐδὲ γὰρ ἡ* Π. Comparata eſſe debet fortuna duorum caeſorum: vti Promachi Boeoti vxor non erit exceptura maritum reducem a Troia, ita nunc viciſſim Ilionei caeſi parentibus mors filii erit lugenda. Supplenda adeo eſt propoſitio media: *nuntiate parentibus Ilionei, eſſe ipſis lugendum de filii morte;* neque id iniuria; *nam nec Promachi* ab eo caeſi *vxor reducem excipiet* maritum.

506. Caeſi Ilionei capite reſciſſo a Peneleo manu ſublato et oſtentato conterriti Troiani fugiunt. Fit eorum caedes promiſcua.

508. Muſas inuocat in re enarranda, cuius memoria inter homines eſſe poterat nulla; vt ſup. B, 484. — 509. *ἀνδράγρια ſpolia cruenta viri caeſi quis primus legerit;* h. e. quis primus ex Achiuis Troianum hominem necauerit. *pugna inclinata.*

512. *Hyrtius* Myſorum dux fuit cum Chromide et Ennomo ſup. B, 858 me-

Digitized by Google

Φάλκην δ' Ἀντίλοχος, καὶ Μέρμερον ἐξενάριξε·
Μηριόνης δὲ Μόρυν τε, καὶ Ἱππότιονα κατέκτα·
Τεῦκρος δὲ Προθόωνά τ' ἐνήρατο, καὶ Περιφήτην·
Ἀτρεΐδης δ' ἄρ' ἔπειθ' Ὑπερήνορα, ποιμένα λαῶν,
οὖτα κατὰ λαπάρην, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἄφυσσε
δμώσας· ψυχὴ δὲ κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν
ἔσσυτ' ἐπειγομένη· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.
πλείστους δ' Αἴας εἷλεν, Ὀϊλῆος ταχὺς υἱός·
οὐ γάρ οἵ τις ὁμοῖος ἐπισπέσθαι ποσὶν ἦεν
ἀνδρῶν τρεσσάντων, ὅτε τε Ζεὺς ἐν φόβον ὦρσεν.

519 Vulg. ὅσσ' ἐκάλυψε. 521 ΟΤ ΓΑΡ ΖΟΙ

moratis. — 513. *Phalces* inter Troianos iam N, 790. et *Morys* et *Hippotion* ibid. 792. at *Mermerus*, *Prothous*, *Periphetes* nusquam memorati; *Hyperenoris* memoratio iterum fit inf. P, 24 sq. vnde patet eum fuisse Panthi filium. Ἀτρείδης h. l. est Menelaus. nam Agamemnonem vulneratum pugnare non potuisse meminimus: 129 sq. 520 sq. in hoc loco, apparet, quanta fugatis hostibus celeritatis pedum laus fuerit. — 521. ὅτε τε Ζεὺς φόβον ἐνῶρσε nunc vniuerse dictum non de praesenti fuga, quae Ioue ignaro fiebat.

Digitized by Google

ΤΗΣ ΙΛΙΑΔΟΣ
ΡΑΨΩΔΙΑ Α

ΑΡΓΟΥΜΕΝΤΟΝ.

Χρύσης παραγενόμενος ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Ἑλλήνων αἰτούμενος λύτρα, λύσιν δοῦναι Χρυσηΐδος· ἀτυχήσας δὲ τῆς αἰτήσεως, ἀπέρχεται πρὸς τὸν ἑαυτοῦ βασιλέα Ἀπόλλωνα· ὃς ἐπιπέμπει τοῖς Ἕλλησι λοιμὸν καὶ θάνατον. Ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀχιλλεὺς ἀθροίζει λαόν, ἐν ᾧ καὶ μαντεύεται ὁ Κάλχας τὴν αἰτίαν τοῦ λοιμοῦ· ἐν ᾧ καὶ ὁ Ἀγαμέμνων ἀπειλεῖ τὸν Ἀχιλλέα, ἐὰν μὴ ἀποστείλῃ τὴν Χρυσηΐδα· ἐν ᾧ καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς ἀπειλεῖ τὸν Ἀγαμέμνονα, ἐὰν μὴ ἀποδῷ τὴν Χρυσηΐδα· ἐν ᾧ καὶ ὁ Ἀγαμέμνων ἀποστέλλει τὴν Χρυσηΐδα διὰ τῶν ἀπεσταλμένων ὑπ' αὐτοῦ Ταλθυβίου καὶ Εὐρυβάτου· ἐν ᾧ καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς ἀπὸ τῆς

perterret —280. Thoantis consilio, ab insequendo hoste colliguntur Achiui in vnum globum a tergo principum, qui obiectis corporibus Troianos irruentes sustinent —305 tandem perterriti Achiui manifestam fugam capiunt, Apolline terrorem iniiciente —327. Caeduntur multi ex Achiuis, —342 qui intra vallum se recipiunt; Troiani vallo rupto et fossa completa insequuntur viris equisque; fit pugna apud naues —389. Re iam ad summum discrimen adducta Patroclus in curando Eurypylo adhuc moratus ad Achillem propere redit —405. Ante naues obiiciunt se Achiui Troianis, Aiax Hectori —418. Aiax Caletorem, Hector Lycophronem caedunt —435 Aiacis hortatu Teucer sagitta transfigit Clitum —457 cum altera vice arcum tenderet, rupto neruo, hasta pugnat —483 qua re conspecta Troianos ad pugnam accendit Hector —500 nec minus altera ex parte Aiax suos —514. Fiunt caedes et mutui hortatus. Achiui ante naves fortiter ordines seruant —567 Melanippo ab Antilocho, qui ante ordines prosiluerat, caeso, Hector multo magis exasperatus perfringere ordines annititur, et Peripheta caeso tantum terrorem Achiuis iniicit, vt post naves se recipiant —658. Nestore hortante, et caligine dispulsa, Aiax nauium tabulata conscendit, aliosque hortatur, vt Troianos ignem inferentes arceant —704. Tandem pugna increbescit circa nauem Protesilai, quam Hector prehenderat, Aiax autem tuetur. ad f.

Ministerium deorum insigne hoc in libro est, primo Iouis, qui in Ida expergefactus stragem Troianorum factam videt, Iunonis perfidiam obiurgat, eam ad Olympum relegat, mandatis ad Iridem et Apollinem datis; 4—78 exposito simul disertius consilio suo, quod Troianos superiores pugna esse decretum apud se habet, donec Patroclo occiso Achilles arma iterum capturus sit 61 —77. Iuno, vbi in Olympum rediit, in medio deorum vanitatem consiliorum suorum aduersus Iouis decreta exponit —76 facta autem ab ea mentione caesi Ascalaphi, parens eius Mars excandescens aegre a Minerua coerce-

Digitized by Google

tur — 110 — 142 Iris et Apollo ad Iouem in Idam progreſſi, illa quidem mandata Iouis ad Neptunum perfert, vt pugna decedat, quibus aegre ille paret 143 — 218 Apollo mittitur, vt Hectori vires reſtituat, vtque aegide ſumta ante eorum turmas ingreſſus Achiuos terreat 219 — 262. Quae ille exſequens, ante Troianos incedit cum aegide, 307 — 311. 326. 7. vallum diruit et foſſam complet, vt lata in caſtra via pateat, 355 — 366. Factis interea a Neſtore precibus, Iupiter tonitru facto augurium edit 370 — 378. Teucro arcum intendenti neruum rumpit 461 — 5. 489 — 493. vt conſilia ad exitum adducat, Hectoris et Troianorum robur animumque fouet et auget 593 — 614. Ad mythicum, ſeu poeticum phantaſma pertinet, quod Minerua (quae inde a lib. VIII, 426 in Olympo ſedebat) caliginem ab Achiuorum oculis removet: haec et ſimilia dii, eminus quoque, facere narrantur.

Liber eſt inter praeſtantiores, germanam virtutem Martiam ſpirans, et Hectorem Aiacemque collocans in conſpicuo virtutis cum laude exerendae loco.

Digitized by Google

Αὐτὰρ, ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν
φεύγοντες, πολλοὶ δὲ δάμεν Δαναῶν ὑπὸ χερσὶν,
οἱ μὲν δὴ παρ' ὄχεσφιν ἐρητύοντο μένοντες,
χλωροὶ ὑπὸ δείους, πεφοβημένοι· ἔγρετο δὲ Ζεὺς
Ἴδης ἐν κορυφῇσι παρὰ χρυσοθρόνου Ἥρης·
στῆ δ' ἄρ' ἀναΐξας, ἴδε δὲ Τρῶας καὶ Ἀχαιοὺς,
τοὺς μὲν ὀρινομένους, τοὺς δὲ κλονέοντας ὄπισθεν
Ἀργείους· μετὰ δέ σφι Ποσειδάωνα ἄνακτα.
Ἕκτορα δ' ἐν πεδίῳ ἴδε κείμενον· ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
εἵαθ', ὁ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι, κῆρ ἀπινύσσων,
αἷμ' ἐμέων· ἐπεὶ οὔ μιν ἀφαυρότατος βάλ' Ἀχαιῶν.
τὸν δὲ ἰδὼν ἐλέησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδὼν Ἥρην πρὸς μῦθον ἔειπεν·
Ἦ μάλα δὴ κακότεχνος, ἀμήχανε, σὸς δόλος, Ἥρη,
Ἕκτορα δῖον ἔπαυσε μάχης, ἐφόβησε δὲ λαούς.

6 ΓΙΔΕ 8 ΠΟΣΕΙΔΑΩΝΑ FANAKTA 9 ΓΙΔΕ 12 ΤΟΝ ΔΕ ΓΙΔΩΝ 13 ΓΤΠΟΔΡΑ ΓΙΔΩΝ — ΕΓΕΙΠΕ

1.—33. Iupiter e ſomno expergefactus, ſtrage Troianorum animaduerſa, rem Iunonis fraude adminiſtratam ſuſpicatus, grauibus minis eam increpat.

1. διέβησαν Troiani τάφρον καὶ σκόλοπας h. ſpatio pro aditu relicto ſuper foſſam vallis munitam. Reſpicit Ξ, 506. 507. et 522. 523. — 3. Currus reliquerant Troiani ante vallum, ſaltem plerique: v. Obſſ. apud hos nunc conſiſtunt. οἱ μὲν δὴ, ſunt ipſi φεύγοντες, qui fugae finem fecerant, extra vallum receptu facto. — 10. κῆρ ἀπινύσσων, κατὰ τὸ κῆρ. deficiens animo. αἷμ' ἐμέων, vt Ξ, 437. ex ictu ſaxi valida manu in pectus inflicti.

14. κακότεχνος δόλος, ſimpl. κακός. malitioſe inſtructus dolus. mala fraus.

Digitized by Google

εὐ μὰν οἶδ', εἰ αὖτε κακορραφίης ἀλεγεινῆς
πρώτη ἐπαύρηαι, καί σε πληγῇσιν ἰμείσσω.
ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖϊν
ἄκμονας ἦκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἔηλα
χρύσεον, ἄρρηκτον; σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν
ἐκρέμω, ἠλάστεον δὲ θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον·
λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναντο παρασταδόν· ὃν δὲ λάβοιμι,
ῥίπτασκον τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρ' ἂν ἵκηται
ἦμαρ ὀλιγηπελέων· ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸν ἀνίει
ἀζηχὴς ὀδύνη Ἡρακλῆος θείοιο,
τὸν σὺ ξὺν Βορέῃ ἀνέμῳ πεπιθοῦσα Θυέλλας,

16 FOIΔ 24. 25 Vulg. θυμὸς ἀνίει ἀζηχὴς ὀδύνη —

— 17. καί σε πληγῇσιν ἰμείσσω. Argutantur in his veteres. v. Obſſ. noli dubitare, vere de verberibus agi; res geritur ex rudium et ferociorum aetatum ſenſu et more. — 16. αὖτε. iterum, vt ante ad puniendam fraudem ad Herculem perdendum inuentam.

18—30. Niſi haec a ſeriore manu inſerta ſunt, ſatis ea teſtantur, extitiſſe carmina vetuſtiora de rebus Herculis, quibus hoc eius naufragium ad inſulam Con copioſius expoſitum eſſet, vna cum poena Iunoni inflicta, cum illa tempeſtatem in Herculem mouerat, Ioue ſopito. v. Ξ, 249 ſqq.

19. περιέβαλον δεσμὸν χερσίν. — 21. ἠλάστεον, de ſenſu mixto ex indignatione et miſeratione. v. Obſſ. —

23. ῥίπτασκον τεταγών. apprehenſum proturbaui. vt A, 521 ῥίψε ποδὸς τεταγών, vbi v. Obſſ. Videntur reſpici ea, quae de Vulcano narrata ſunt A, 591 ſqq. cf. Obſſ. ſup. ad 19. — 26. τὸν σὺ ξὺν Βορέῃ. Videtur Iuno in Heraclea Boream in ſuas partes traxiſſe, eodem modo, quo in Iliade Somnum Ξ, 231 ſq. Adeo multa ſunt, quae arguunt, antiquiora extitiſſe carmina, e quibus Homerus profecit.

Digitized by Google

πέμψας ἐπ' ἀτρύγετον πόντον, κακὰ μητιόωσα,
καί μιν ἔπειτα Κόωνδ' εὖ ναιομένην ἀπένεικας.
τὸν μὲν ἐγὼ ἔνθεν ῥυσάμην, καὶ ἀνήγαγον αὖτις
Ἄργος ἐς ἱππόβοτον, καὶ πολλά περ ἀθλήσαντα. 30
τῶν σ' αὖτις μνήσω, ἵν' ἀπολλήξῃς ἀπατάων·
ὄφρα ἴδῃς, ἤν τοι χραίσμῃ Φιλότης τε καὶ εὐνή,
ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο, καί μ' ἀπάτησας.
Ὣς φάτο· ῥίγησεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη,
καί μιν φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα· 35
Ἴστω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε,

29 Vulg. ἐγών. 32 ΟΦΡΑ ΓΙΔΗΙΣ vulg. ὄφρ' εἰδῇσ
34 ΠΟΤΝΙΑ ΓΗΡΗ 35 ΦΩΝΗΣΑΣΑ ΓΕΠΗ

— 27. πέμψας ἐπ' ἀτρύγετον πόντον. curſu deiectum, nam Argos reditum parabat, tempeſtate in altum euexiſti, ita vt naufragio facto Con enataret, aut naue quaſſata eo deferretur. — 29. 30. Herculem incolumem Argos reduxit Iupiter καίπερ ἀθλήσαντα πολλά. Ordo fabulae videtur diuerſus eſſe ab eo, quem alii ſequuntur, cum ab inſula Co Herculem in Pallenen deduxerunt. (Apollod. II, 7, 1.) Niſi poeta iſta aduerſus Gigantes geſta praeterit, et reditum ſerius factum ſolum memorat; omiſſo etiam praelio, quod cum Meropibus in inſula Co fecit.

34—47. Iuno iurat, Neptunum ſuo ipſius iudicio Achiuis opitulari, nec ſe ei auctorem conſilii fuiſſe. Itaque Somnus nuntium ad Neptunum, nullo Iunonis monitu, pertulerat Ξ, 354.

36. Iurari per numina antiquiſſima, eaque eſſe ipſa naturae elementa, iam alibi vidimus, vt Γ, 276 ſq. Nunc quoque adiicitur obteſtatio per res cariſſimas vſ. 39. 40. ſcil. tam verum eſſe id, quod teſtamur, quam cara res eſt per quam iuramus. Sunt autem ii per quos iuramus, pro teſtibus; hinc formula: quae proprie ad Γαῖαν et Οὐρανὸν et Στύγα, pro Orco, et Infe-

Digitized by Google

καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι·
τῇ θ' ἱερὴ κεφαλὴ, καὶ νωΐτερον λέχος αὐτῶν
κυρίδιον, τὸ μὲν οὐκ ἄν ἐγώ ποτε μαὶψ ὀμόσαιμι· 40
μὴ δι' ἐμὴν ἰότητα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
πημαίνει Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα, τοῖσι δ' ἀρήγει·
ἀλλά που αὐτὸν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει·
τειρομένους δ' ἐπὶ νηυσὶν ἰδὼν ἐλέησεν Ἀχαιούς.
αὐτάρ τοι καὶ κείνῳ ἐγὼ παραμυθησαίμην, 45
τῇ ἴμεν, ᾗ κεν δὴ σὺ, Κελαινεφὲς, ἡγεμονεύεις.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Εἰ μὲν δὴ σύ γ' ἔπειτα, βοῶπις πότνια Ἥρη,
ἶσον ἐμοὶ φρονέουσα μετ' ἀθανάτοισι καθίζοις, 50
τῷ κε Ποσειδάων γε, καὶ εἰ μάλα βούλεται ἄλλῃ,
αἶψα μεταστρέψειε νόον, μετὰ σὸν καὶ ἐμὸν κῆρ.

44 ΝΗΤΣΙ ΓΙΔΩΝ 45 Vulg. κἀκείνῳ 48 ΑΜΕΙΒΟΜΕΝΟΣ ΓΕΠΕΑ 49 ΠΟΤΝΙΑ ΓΗΡΗ 50 ΓΙΣΟΝ

ris dictam, ſpectat; impropie ad caput et torum mariti; quae pro pignore fidei et veritatis ſunt habenda. — 37. κατειβόμενον, ὃ ἐκ πέτρης καταλείβεται ap. Heſiod. Theog. 786. — 46. τῇ ἴμεν ᾗ κεν — pro ὁμοφρονεῖν σοι. Mox ἶσον φρονεῖν.

47—77. Iupiter placatus (hoc enim eſt μειδήσας, vt ſaepe, ridere) Iridem et Apollinem ad ſe mitti mandat Iunoni, ſimulque conſilium aperit, Achiuorum partes non ante fore ſuperiores, quam Achilli pro iniuria illata ab Agamemnone ſatisfactum fuerit.

51. βούλεται ἄλλῃ, ſi conſulit in diuerſum, alia conſilia ſequitur, alia ſentit. —

ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐτεόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις,
ἔρχεο νῦν μετὰ Φῦλα θεῶν, καὶ δεῦρο κάλεσσαν
Ἶριν τ' ἐλθέμεναι, καὶ Ἀπόλλωνα κλυτότοξον,
ὄφρ' ἡ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
ἔλθῃ, καὶ εἴπῃσι Ποσειδάωνι ἄνακτι,
παυσάμενον πολέμοιο, τὰ αὖ πρὸς δώματ' ἰκέσθαι·
Ἕκτορα δ' ὀτρύνῃσι μάχην ἐς Φοῖβος Ἀπόλλων,
αὖτις δ' ἐμπνεύσῃσι μένος, λελάθῃ δ' ὀδυνάων,
αἵ νῦν μιν τείρουσι κατὰ φρένας· αὐτὰρ Ἀχαιοὺς
αὖτις ἀποστρέψῃσιν, ἀναλκίδα φῦζαν ἐνόρσας·
φεύγοντες δ' ἐν νηυσὶ πολυκλήϊσι πέσωσι
Πηλείδεω Ἀχιλῆος· ὁ δ' ἀνστήσει ὃν ἑταῖρον
Πάτροκλον, τὸν δὲ κτενεῖ ἔγχει φαίδιμος Ἕκτωρ
Ἰλίου προπάροιθε, πολεῖς ὀλέσαντ' αἰζηοὺς
τοὺς ἄλλους, μετὰ δ', υἱὸν ἐμὸν Σαρπηδόνα δῖον·

55 ΓΙΡΙΝ 57 ΓΕΙΠΗΙΣΙ ΠΟΣΕΙΔΑΩΝΙ ΓΑΝΑΚΤΙ 58 ΤΑ ΓΑ 64 ΓΟΝ ΓΕΤΑΙΡΟΝ 66 ΓΙΛΙΟΘΙ

60. λελάθῃ δ' ὀδυνάων *faciat eum obliuiſci dolores*, pro dolorem e vulnere leniat.

63. ἐμπέσωσι νηυσὶν Ἀχιλλῆος. De toto loco v. Obſſ. Si Homerica haec ſunt, quod mihi non perſuadere poſſum, non proprie accipienda ſunt; nam fugientes Achiui in ſuas naves irruerunt, non in Achillis; cuius tamen ſtationi proximo loco Achiuorum ceterorum naues ſtabant, ita vt irruendo in has videri poſſent etiam ad Achillis ſtationem peruenire. Reſpiciunt autem haec dicta Achillis ſup. I, 646—651. — 64. ὁ δ' ἀνστήσει ὃν ἑταῖρον Patroclum ſcil. non proprio ſuaſu, ſed Patrocli precibus exoratus. Mox tamen periculo ingraueſcente Patroclum morantem ipſe excitat vt feſtinet Π, 126 ὄρσεο, διογενὲς Πατρόκλεις.

Digitized by Google

τοῦ δὲ χολωσάμενος κτενεῖ Ἕκτορα δῖος Ἀχιλλεύς.
ἐκ τοῦδ' ἄν τοι ἔπειτα παλίωξιν παρὰ νηῶν
αἰὲν ἐγὼ τεύχοιμι διαμπερὲς, εἰσόκ' Ἀχαιοὶ
Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν, Ἀθηναίης διὰ βουλάς.
τὸ πρὶν δ' οὔτ' ἄρ' ἐγὼ παύω χόλον, οὔτε τιν' ἄλλων
ἀθανάτων Δαναοῖσιν ἀμυνέμεν ἐνθάδ' ἐάσω,
πρίν γε τὸ Πηλείδαο τελευτηθῆναι ἐέλδωρ·
ὡς οἱ ὑπέστην πρῶτον, ἐμῷ δ' ἐπένευσα κάρητι
ἤματι τῷ, ὅτ' ἐμεῖο θεὰ Θέτις ἥψατο γούνων,
λισσομένη τιμῆσαι Ἀχιλλῆα πτολίπορθον.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων ἐς μακρὸν Ὄλυμπον.
ὡς δ' ὅταν αἰἴξῃ νόος ἀνέρος, ὅστ' ἐπὶ πολλὴν

71 ΓΙΛΙΟΝ 72 Vulg. παύσω 75 ΓΟΙ 80 Vulg. ὅτ' ἀναίξῃ

et Myrmidones exeuntes caſtris ad ſtrenuam pugnam excitat Π, 200. 210. — 68. τοῦ δὲ χολωσάμενος, *Patrocli* cauſſa; non, Sarpedonis: quod rerum ordini adverſatur. — 69. ἐκ τοῦδ' ἄν τοι. non hoc factum demum Hectore caeſo, ſed iam a Patrocli exitu v. 64. 65. huc erit retrahendum. ſed v. Obſſ. — 70. τεύχοιμι pro τεύξω. — 71. Ἀθηναίης διὰ βουλὰς, dolo equi lignei inuento; v. Od. Θ, 492. etiam ducto in arcem Vlyſſe et Diomede ad Palladium auferendum et alia: quae ſeriora ſunt Iliade. — 75. reſpiciunt Il. A, 523 ſq.

78—167. Iuno in Olympum redux exponit diis peruicacem Iouis voluntatem; tum a v. 109 Martem docet mortem Aſcalaphi: quem ira excandeſcentem aegre coercet Athene — 142. tum Iuno Iridi et Apollini mandata Iouis nuntiat — 167. a quibus ea mox peraguntur.

80. Celebrata laudibus cum altero loco Od. H, 36 νῆες ὠκεῖαι, ὡΐτε πτερὸν ἢὲ

γαῖαν ἐληλουθὼς, Φρεσὶ πευκαλίμῃσι νοήσῃ,
ἔνθ' εἴην, ἢ ἔνθα, μενοινήσειέ τε πολλά·
ὣς κραιπνῶς μεμαυῖα διέπτατο πότνια Ἥρη·
ἵκετο δ' αἰπὺν Ὄλυμπον· ὁμηγερέεσσι δ' ἐπῆλθεν
ἀθανάτοισι θεοῖσι Διὸς δόμῳ· οἱ δὲ ἰδόντες, 85
πάντες ἀνήιξαν, καὶ δεικανόωντο δέπασσιν.
ἣ δ' ἄλλους μὲν ἔασε, Θέμιστι δὲ καλλιπαρήῳ
δέκτο δέπας, πρώτη γὰρ ἐναντίη ἦλθε θέουσα,
καί μιν Φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἥρη, τίπτε βέβηκας, ἀτυζομένη δὲ ἔοικας; 90

83 ΠΟΤΝΙΑ ΓΗΡΗ 85 ΗΟΙ ΔΕ ΓΙΔΟΝΤΕΣ
89 ΦΩΝΗΣΑΣΑ ΓΕΠΕΑ vel ΓΕΠΗ 90 ΔΕ ΓΕΓΟΙΚΑΣ

νόημα, comparatio celeritatis motus cum celeritate cogitandi; memorabilis in hoc, quod comparatio a re ducta est, quae sub sensus non cadit. Ornauit rem multis versibus in Mineruae descensu Apollon. II, 541 sq. iisque paullum impeditis. Translata quoque comparatio in Hymnos, in Apoll. 448 in Mercur. 43. — ὅταν ἀΐξῃ νόος. cum animus celerrime *se mouet*, h. e. *cogitat*. ἔνθ' εἴην. *hic eram illic eram*. si est pro ἦσιν. Sin, quod minus bene fit, manemus in εἴην, erit optatiue, *vtinam sim* vel proficiscar. v. Obss. recordatione facta celerrime mens diuersas terras tanquam praesentes intuetur. — 85. Honos deae reduci in Iouis δῶμα, Oecnm, habitus ad mores saeculi est adumbratus; *assident dii epulis*, hactenus ὁμηγερεῖς, et ἀνήϊξαν, ἀνώρουσαν, ἀνέστασαν, *surgunt* de suo quisque loco venientique *poculum suum propinant*: hoc est — 86 δεικανόωντο δέπασσιν. Commode meminit Koeppen alterius loci I, 666. 7. de redeuntibus legatis. At illa *a Themide*, primo loco sibi obuia facta, poculum accipit.

90. τίπτε βέβηκας, cur

ἦ μάλα δή σε Φόβησε Κρόνου παῖς, ὅς τοι ἀνοίτης;
Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
μή με, θεὰ Θέμι, ταῦτα διείρεο· οἶσθα καὶ αὐτή,
οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπερφίαλος καὶ ἀπηνής.
ἀλλὰ σύ γ' ἄρχε θεοῖσι δόμοις ἔνι δαιτὸς ἐίσης. 95
ταῦτα δὲ καὶ μετὰ πᾶσιν ἀκούσεαι ἀθανάτοισιν,
οἷα Ζεὺς κακὰ ἔργα πιφαύσκεται· οὐδέ τι φημὶ
πᾶσιν ὁμῶς θυμὸν κεχαρησέμεν, οὔτε βροτοῖσιν,
οὔτε θεοῖς, εἴπερ τις ἔτι νῦν δαίνυται εὔφρων.
Ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσα καθέζετο πότνια Ἥρη· 100
ὤχθησαν δ' ἔνδον δῶμα Διὸς θεοί· ἡ δὲ γέλασσε
χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν
ἴανθη· πᾶσι δὲ νεμεσσηθεῖσα μετηύδα·

93 ΔΙΕΙΡΕΟ ΓΟΙΣΘΑ 95 ΕΓΙΣΗΣ 97 ΚΑΚΑ ΓΕΡΓΑ 100 ΓΕΙΠΟΤΣΑ — ΠΟΤΝΙΑ ΓΗΡΗ 101 Vulg. ἡ δ' ἐγέλασσε

venis huc? — 94. ὑπερφίαλος haud dubie *ſuperbiam* cum *truculentia* denotat, vt ἀτηρὸς *durus* et immitis eſt, qui ipſi coniugi acerbus et ſaeuus eſt. Vtrumque h. l. ad peruicaciam ſpectat in partibus Troianorum tuendis aduerſante Iunone. — 95. ἄρχε δαιτὸς ſiue poculo ſumto, ſiue potius ciborum portione accepta: qui ſolebant ex ordine distribui ſingulis menſa cuique appoſita: ideo neceſſe erat, aliquem e pluribus ἄρχειν δαιτὸς primo loco appoſitis ei epulis. — 97. πιφαύσκεται h. l. *denuntiat, minatur;* e generali notione, *declarat.*

102. οὐδὲ μέτωπον — ἰάνθη. non explicita frons, ſed corrugata ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν. apparet adeo et Iunonem, vti Iouem, habuiſſe nigricantia ſupercilia. — At quaeritur de animi ſenſu, vnde hic riſus aut potius irriſio profecta ſit. Ad maleuolentiam Iunonis et χαιρεκακίαν, quod nunc

Digitized by Google

Νήπιοι, οἱ Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀφρονέοντες,
ἢ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν, ἄσσον ἰόντες,
ἢ ἔπει, ἠὲ βίῃ· ὁ δ' ἀφήμενος οὐκ ἀλεγίζει,
οὐδ' ὄθεται· φησὶ γὰρ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
κάρτεί τε σθένεί τε διακριδὸν εἶναι ἄριστος.
τῷ ἔχεθ', ὅ τι κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ·
ἤδη γὰρ νῦν ἔλπομ' Ἀρηί γε πῆμα τετύχθαι·

106 ΓΕΠΕΙ 109 ΠΕΜΠΗΙΣΙ ΓΕΚΑΣΤΩΙ
ΓΕΛΠΟΜ

deos ὀχθῆσαι vidit, aut quod triſtem caſum Marti nuntiatura eſt, trahere nolim: videtur eſſe riſus ex indignatione, cum ſenſu ſtolidi conſilii, quod Iouis decreta reſcindere voluere, nullo cum effectu: hoc poſtulat adiunctum νεμεσσηθεῖσα, et ipſa oratio: Νήπιοι οἱ — Iungenda autem ſunt πᾶσι μετηύδα.

104—142. Iuno primo deorum temeritatem incuſat, et a conſilio repugnandi Ioui deterret, tum Marti Aſcalaphi filii mortem nuntiat; quo audito illo furens ad vltionem ſumendam proſiliens aegre a Minerua coercetur. Obuia eſt deſignatio diuerſae indolis in Marte et Minerua; quemadmodum et illud, quod ſtolidus et viribus ſe-

rox Mars a prudentiore et moderatiore dea exui armis, obiurgari, et 142 ſedili ſuo collocari ſe patitur.

105. καταπαυσέμεν h. l. *coercere*. ἄσσον ἰόντες, eum inuadentes, manum iniicientes. v. Obſſ. ad A, 567 ἄσσον ἰόνθ'. — 106. ἀφήμενον *ſeorſum ab aliis ſedentem*; bene adiectum, nam hoc eſt quod impotentibus dolorem creat, ſi ſe non adhibitis alium ſuas res agere vident. — 107. Φησὶ γὰρ, non, *ait*, ſed, *nouit*, *intelligit*, ſe longe praeſtare. Koeppen ad Θ, 17 ſq. reuocat. — 109. ἔχετε, ἀνέχεσθε. Eſt ſcilicet notum illud: *vana eſt ſine viribus ira*. — 110. Ferat quisque aequo animo, quod ei acciderit, vti nunc Marti ferendum, quod

υἱὸς γάρ οἱ ὄλωλε μάχῃ ἔνι, Φίλτατος ἀνδρῶν,
Ἀσκάλαφος, τὸν Φησὶν ὃν ἔμμεναι ἰόβριμος Ἄρης.
Ὣς ἔφατ'· αὐτὰρ Ἄρης θαλερῷ πεπλήγετο μηρῷ
χερσὶ καταπρηνέσσ', ὀλοφυρόμενος δὲ προσηύδα·
Μὴ νῦν μοι νεμεσήσετ', Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
τίσασθαι φόνον υἱος, ἰόντ' ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,
εἴπερ μοι καὶ μοῖρα, Διὸς πληγέντι κεραυνῷ
κεῖσθαι, ὁμοῦ νεκύεσσι μεθ' αἵματι καὶ κονίῃσιν.
Ὣς φάτο· καὶ ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε
ζευγνύμεν'· αὐτὸς δ' ἔντε' ἐδύσετο παμφανόωντα·
ἔνθα κ' ἔτι μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος
πὰρ Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη,
εἰ μὴ Ἀθήνη, πᾶσι περιδδείσασα θεοῖσιν,
ὦρτο δι' ἐκ προθύρου, λίπε δὲ θρόνον, ἔνθα θάασσε,
τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλῆς κόρυθ' εἵλετο, καὶ σάκος ὤμων,

111 ΓΑΡ ΓΟΙ 112 ΦΗΣΙ ΓΟΝ 121 Vulg. ἔνθα κέ τις

filio orbatus eſt. ἔλπομαι *vereor*, vt ſaepe. Aſcalaphi nex memorata N, 518 ſq. — 113. 4. Adeo dii hominum rudiorum mores referunt. Vidimus hoc idem in Aſio M, 162. Ceterum ad ſenſum res bene eſt expreſſa adiunctis χερσὶ καταπρηνέσσι.

115. μὴ νεμεσήσετε — τίσασθαι. pro *ne me retinete*, dixit, ne mihi ſuccenſete, ſc. improbando, tanquam rem temerariam aggreſſuro. — 117. 8. Lucem habet locus comparatis verſſ. E, 886 ad quos vide. — 119. Δεῖμος et Φόβος, *Terror* et *Horror*, ſunt θεράποντες Martis iidemque filii, quos iubet equos iungere; non autem ſunt equorum nomina. v. Obſſ.

cet tale quid, vt vltionem in eos paret, quos odit. — 363. *οὐ τόσα μήδεα οἶδε* ſcil. vt ego quae dea ſum. — 364. Cur non ego, quae primum locum inter deas teneo, debui mala machinari Troianis mihi exoſis? Platonem in has ſententias non inuectum eſſe mirari licet.

369—381. Thetis intrat domum Vulcani in Olympo: cf. ſup. 142.

369. *δόμον ἄφθιτον.* — quem mox *χάλκεον* appellat; omnino de eo, quod ſolidum et durabile eſt: cf. ad B, 46. Aeris autem vſus in pauimento et pariete obducendo, et in foribus. — 372. *ἑλισσόμενον περὶ φύσας* ſimpl. *verſantem in opere fabrili:* ideoque circa folles: quos, cum ars rudis nondum meliora excogitaſſet, manu tractabat faber ad flammam accendendam; vt inf. 409 *ὄφρ' ἂν ἐγὼ φύσας ἀποθείομαι.* add. 412. — 373. *εἴκοσι πάντας pleno numero.* Ex vſ. 374 apparet, vitam iam tum ita fuiſſe excultam, vt parietes atrii circumcirca eſſent tripodibus adſtanti-

χρύσεα δέ σφ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι θῆκεν, 375
ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσαίατ' ἀγῶνα,
ἠδ' αὖτις πρὸς δῶμα νεοίατο, θαῦμα ἰδέσθαι.
οἱ δ' ἤτοι τόσσον μὲν ἔχον τέλος, οὔατα δ' οὔπω
δαιδάλεα προσέκειτο, τά ῥ' ἤρτυε, κόπτε δὲ δεσμούς.

375 ΚΥΚΛΑ ΓΕΚΑΣΤΩΙ 376 ΟΦΡΑ ΓΟΙ 377
ΘΑΥΜΑ ΓΙΔΕΣΘΑΙ

bus ornati; erat autem tripodum vſus pro baſi, cui imponeretur modo tabula, vt pro menſa eſſet, modo peluis, modo lebes, focus, craticula, patella et ſic porro. — 375. ὑπέθηκε δέ σφιν (pro οἷς ὑπέθηκε) ἑκάστῳ, πυθμένι, (ἐν π.) κύκλα, h. e. τροχούς.

375—377. Verſum eſt in miraculum, quod loco moveri poterant tripodes rotis ſubditis; vt in mytho de Daedali ſignis αὐτομάτοις. v. Obſſ. ad vſ. 419. — Tripodibus rotas *aureas* ſubiectas eſſe narrat; an etiam tripodes aurei fuerint, non addit; ſit tamen probabile; etſi aerei ſollenni vſu erant tripodes. — Porro tripodibus οὔατα affixa ſunt, h. e. anſae, non ferruminatione, ſed fibulis, vncis, aut clavis exiguis impactis. Anſae autem affixae exterius in ſuperiora ora, vt tolli poſſent et portari. — 376. 7. ὄφρα οἱ θεῶν δυσαίατ' ἀγῶνα, vt conſeſſum deorum ipſi ſponte ingrederentur, ἠδ' αὖτις πρὸς δῶμα νεοίατο. Cogitandum eſt de ſpecie et proſpectu Olympi, qualis apud Homerum eſt: cf. Excurſ. VIII ad Il. A. p. 189. Praeter magnum illud atrium Iouis, quod excipit deos ſeu conſultantes ſeu epulantes, δῶμα, adiacent οἶκοι, δόμοι, δώματα, μέγαρα, diis ſingulis exſtructa, vt h. l. δόμος Vulcani vſ. 369. Cum tripodes redeant πρὸς δῶμα Vulcani, neceſſe eſt θεῖον ἀγῶνα, conſeſſum deorum eſſe h. l. in magno illo atrio Iouis, quod Vulcanus operibus ſuis exornat; vnde ea in domum Vulcani reportantur. — 378. οἱ δ' ἤτοι τόσσον μὲν ἔχον τέλος, οὔατα δ' οὔπω προσέκειτο, niſi quod anſae adiungendae erant

ἄφρ' ὄγε ταῦτα πονεῖτο ἰδυίῃσι πραπίδεσσι,
τόφρα οἱ ἐγγύθεν ἦλθε θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα.
τὴν δὲ ἴδε προμολεῦσα Χάρις λιπαροκρήδεμνος
καλή, τὴν ὤπυιε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε·
Τίπτε, Θέτις ταναίπεπλος, ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ,
αἰδοίη τε φίλη τε; πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις·
ἀλλ' ἕπεο προτέρω, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω.
Ὡς ἄρα φωνήσασα, πρόσω ἄγε δῖα θεάων·
τὴν μὲν ἔπειτα καθεῖσεν ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου,
καλοῦ, δαιδαλέου, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦε·
κέκλετο δ' Ἥφαιστον κλυτοτέχνην, εἶπέ τε μῦθον·

380 ΠΟΝΕΙΤΟ ΓΙΔΤΙΗΙΣΙ vulg. ταῦτ' ἐπονεῖτο.
381 ΤΟΦΡΑ ΓΟΙ 382 ΤΗΝ ΔΕ ΓΙΔΕ 384. ΑΡΑ ΓΟΙ ΦΤ ΧΕΙΡΙ ΓΕΠΟΣ 385 Vulg. Θέτι ταναίπεπλε 389 ΑΡΓΤΡΟΓΗΛΟΤ 390 Vulg. ἦεν. 391 ΓΕΙΠΕ

clauis, quos δεσμοὺς appellat. τόσσον — οὔατα δὲ — h. e. ἐπὶ τόσον, ἐφ' ὅσον τὰ οὔατα μὴ προσέκειτο, hoc antiquo more extulit per δὲ, οὔατα δ' οὔπω προσέκειτο. — 382. τὴν δὲ ἴδε προμολοῦσα Charis, ex atrio domus prospiciens et procurrens venientem deam amanter excipit. Charis Vulcano nupta; ingenioso mytho. Quae enim potest esse artis gratia, qua placeat, nisi venustas adsit. — 387. ἵνα τοι παραθῶ ξείνια, epulas, quibus hospes excipitur, lotus antea et vnctus. — 389. ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου sellas putabis fuisse aureas, vt Ξ, 238. 9. argenteis clauis insignitas: miro ornatu! Pro dignitatis autem gradu altiores fuisse sellas nota res est, vnde scabella subiecta pedibus. cf. Σ, 240.

391—467. Charis induxerat Thetidem intra domum seu atrium, cui vicina esse debet officina Vulcani, ita vt ab eo Charitis

Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, Θέτις νύ τι σεῖο χατίζει.
τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις·
Ἦ ῥά νύ μοι δεινή τε καὶ αἰδοίη θεὸς ἔνδον,
ἣ μ' ἐσάωσ', ὅτε μ' ἄλγος ἀφίκετο τῆλε πεσόντα
μητρὸς ἐμῆς ἰότητι κυνώπιδος, ἣ μ' ἐθέλησε
κρύψαι χωλὸν ἐόντα· τότ' ἂν πάθον ἄλγεα θυμῷ,
εἰ μή μ' Εὐρυνόμη τε, Θέτις θ' ὑπεδέξατο κόλπῳ,
Εὐρυνόμη θυγάτηρ ἀψορρόου Ὠκεανοῖο.
τῇσι πάρ' εἰνάετες χάλκευον δαίδαλα πολλά,
πόρπας τε, γναμπτάς θ' ἕλικας, κάλυκάς τε, καὶ ὅρ-
ἐν σπῇ γλαφυρῷ· περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο [μους,

396 Vulg. ἐθέλεσκε

vox exaudiri poſſet; itaque reſpondet intra officinam opere adhuc occupatus. Eſt autem hic rerum narratarum ordo: Vulcanus euocatus a Charite, audito Thetidis nomine, beneficia ab ea accepta gratus memorat; tum vſ. 410 adornat ſe, vt in conſpectum deae honeſte ac decenter venire poſſit. Tum vſ. 423 ex officina prodit, Thetidis poſtulata audit ſibi ab ea expoſita; ipſe vſ. 462 ſe paratum ad arma Achilli fabricanda oſtendit, et ad opus faciendum protinus ſe accingit.

395. Ingenioſe poeta mytho antiquo in rem ſuam vtitur, quo permotus Vulcanus prona ſit voluntate ad praeclara illa et memorabilia Achillis arma fabricanda; non enim vulgaris illa operae erant. De mytho ipſo v. Obſſ. — 397. τότ' ἂν πάθον. ex tam gravi lapſu fieri non potuiſſet, quin corpus ſugillatum et male affectum haberet. — 400. Vulcanus ſtatim puer fabrilia tractat et opera leuioris artis perficit. v. Obſſ. — 402. ἐν σπῇ γλαφυρῷ. In fundo maris puta eſſe ſpecus, non aliter ac in littorum rupibus, quos Nereides et Oceanides inhabitant; de his ad opiniones populares figmentis poeta-

Digitized by

ἀΦρῷ μορμύρων ξέεν ἄσπετος· οὐδέ τις ἄλλος
ἤδεεν οὔτε θεῶν, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων,
ἀλλὰ Θέτις τε, καὶ Εὐρυνόμη ἴσαν, αἵ μ' ἐσάωσαν. 405
ἦ νῦν ἡμέτερον δόμον ἵκει· τῷ με μάλα χρεὼ
πάντα Θέτι καλλιπλοκάμῳ ζωάγρια τίνειν.
ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν οἱ παράθες ξεινήϊα καλὰ,
ὄφρ' ἂν ἐγὼ Φύσας ἀποθείομαι ὅπλα τε πάντα.
Ἦ, καὶ ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ αἴητον ἀνέστη 410
χωλεύων, ὑπὸ δὲ κνῆμαι ἐρώοντο ἀραιαί.
Φύσας μέν ῥ' ἀπάνευθε τίθει πυρὸς, ὅπλα τε πάντα
λάρνακ' ἐς ἀργυρέην συλλέξατο, τοῖς ἐπονεῖτο·
σπόγγῳ δ' ἀμΦὶ πρόσωπα καὶ ἄμΦω χεῖρ' ἀπομόργνυ,
αὐχένα τε στιβαρὸν, καὶ στήθεα λαχνήεντα· 415
δῦ δὲ χιτῶν'· ἕλε δὲ σκῆπτρον παχύ· βῆ δὲ θύραζε
χωλεύων· ὑπὸ δ' ἀμΦίπολοι ἐρώοντο ἄνακτι,

404 ΓΗΙΔΕΕ 405 Vulg. ἔσαν ΓΙΣΑΝ 406 Vulg. ἥκει. 408 ΓΟΙ 411 ΡΩΟΝΤΟ ΓΑΡΑΙΑΙ 417 ΡΩΟΝΤΟ ΓΑΝΑΚΤΙ

rum v. ad Virgil. Ge. IV, Excurſ. III. in vno ex his ſpecubus latuit Vulcanus; *circumfluit Oceanus:* ergo h. l. Thetis et Eurynome in Oceano ſedes habent. At in Iliade Thetidis et patris Nerei regia erat in fundo ἁλὸς, θαλάσσης, tanquam parte maris Aegaei, ex aduerſo Troiae: A, 357. 8. Σ, 36. 140. — 407. ζωάγρια τίνειν, praemia, hoc eſt, gratiam pro vita ſervata referendam. v. Obſſ.

410. πέλωρ αἴητον, portentum immane, h. e. deus portentoſae ſtaturae, ingenti corporis magnitudine: nec mirum, cum illud duro fabrili opere exercitum eſſet. De verbis v. Obſſ. — 411. ὑπὸ δὲ κνῆμαι crura ex claudicatione infirma movebant ſe grauiter. ὑπερρώοντο αἱ κνῆμαι, ὑπ' αὐτῷ. — 417. ὑπὸ δ' ἀμΦίπολοι ἐρώοντο ἄνακτι. ὑπερρώοντο

χρύσειαι, ζωῇσι νεήνισιν εἰοικυῖαι,
τῇς ἐν μὲν νόος ἐστὶ μετὰ φρεσὶν, ἐν δὲ καὶ αὐδὴ,
καὶ σθένος, ἀθανάτων δὲ θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασιν. 420
αἱ μὲν ὕπαιθα ἄνακτος ἐπείπνυον· αὐτὰρ ὁ ἔρρων,
πλησίον, ἔνθα Θέτις περ, ἐπὶ θρόνου ἷζε φαεινοῦ,
ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε·

Τίπτε, Θέτις τανύπεπλος, ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ,
αἰδοίη τε, φίλη τε; πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις. 425
αὖδα ὅ τι φρονέεις· τελέσαι δέ με θυμὸς ἄνωγεν,

418 ΝΕΗΝΙΣΙ ΓΕΙΓΟΙΚΤΙΑΙ 420 ΑΠΟ ΓΕΡ-
ΓΑ ΓΙΣΑΣΙ. 421 ΗΤΠΑΙΘΑ ΓΑΝΑΚΤΟΣ —
ΗΟ ΓΕΡΡΩΝ 423 ΕΝ Τ ΑΡΑ ΓΟΙ ΦΤ ΧΕΙ-
ΡΙ ΓΕΠΟΣ 424 Vulg. Θέτι τανύπεπλε.

ὑπ' αὐτῷ, mouebant ſe, incedebant, ſubeundo, ſuſtentando eius brachia et humeros. In his puellis poeta miraculum in prodigium auxit, cum eſſent Vulcani arte factae ex auro, tanquam mouentes ſe et ad res agendas idoneae: ducta haec eſſe ex antiquo loquendi et res notionesque de iis declarandi more, expoſitum eſt in Obſſ. — 418. 9. 420. εἰοικυῖαι νεήνισι ζωῇσι, τῇς (αἷς) ἔνεστι νοῦς καὶ αὐδὴ, καὶ σθένος καὶ τὸ ἐργάζεσθαι ἔργα σοφά. vt ſaepe legimus captivas et ſeruas melioris conditionis, muliebria opera edoctas, haud dubie ipſo habitu cultuque corporis conſpicuas. θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασιν, ex antiquo more, quem toties vidimus, omnem ingenii corporisque facultatem et praeſtantiam ad beneficium dei alicuius referendi itaque et ſagacitatem in texendo, acu pingendo, veſtes parando, et ſic porro. ἔργα abſolute; alias, ἔργα γυναικῶν. — 421. Illae operam praeſtabant, miniſtrabant, ſubiiciendo ſe ei, brachiis ſuis eum ſuſtentando. At ille ἔρρων, incedens. v. Obſſ.

424—461. Rogatu Vulcani, Thetis vſ. 428 ſq. aerumnas ſuas, tum 456 filii fata, enarrat, ſatis copio-

Digitized by Google

εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Θέτις καταδακρυχέουσα·
Ἥφαιστ', ἦ ἄρα δή τις, ὅσαι θεαὶ εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ,
τοσσάδ' ἐνὶ Φρεσὶν ἧσιν ἀνέσχετο κήδεα λυγρά,
ὅσσ' ἐμοὶ ἐκ πασέων Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκεν;
ἐκ μέν μ' ἀλλάων ἁλιάων ἀνδρὶ δάμασσεν,
Αἰακίδῃ Πηλῆϊ, καὶ ἔτλην ἀνέρος εὐνήν,
πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα. ὁ μὲν δὴ γήραϊ λυγρῷ
κεῖται ἐνὶ μεγάροις ἀρημένος. ἄλλα δέ μοι νῦν.
υἱὸν ἐπεί μοι δῶκε γενέσθαι τε, τραφέμεν τε,
ἔξοχον ἡρώων, ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος·
τὸν μὲν ἐγὼ, θρέψασα, φυτὸν ὡς γουνῷ ἀλωῆς,
νηυσὶν ἔπι προέηκα κορωνίσιν Ἴλιον εἴσω,

430 ΦΡΕΣΙ ΓΗΙΣΙ 437 ΕΡΝΕΙ ΓΙΣΟΣ 438
Bentl. φυτον ϝως 439 ΚΟΡΩΝΙΣΙ ΓΙΛΙΟΝ vulg.
νηυσὶν ἐπιπροέηκα

se, vt Vulcanum rerum, quae extra officinam gererentur, valde ignarum esse illa credidisse videri debeat, tandem 457. sua postulata exponit, vt Vulcanus noua ei arma paret.

426. εἰ τετελεσμένον ἐστί. τελεστέον, τὸ δυνάμενον τελεῖσθαι, quod perfici potest. v. sup. ad Ξ, 195. 6. — 432. ἀνδρὶ δάμασσεν, pro elocauit, in coniugium dedit. v. Obss.

434. οὐκ ἐθέλουσα μάλα πολλὰ, πολύ, *plurimum renuens:* vnde subnatae fabulae de Thetide in varias se mutante formas, ne Peleus ea potiri posset; iam in Pindaro Nem. IV, 101 sq. — ὁ μὲν δὴ γήραϊ λυγρῷ κεῖται ἀρημένος. sane non tum, cum Thetis ei nuberet, sed quod dolet dea, quae non senescebat, esse putes quod ille consenuit. ἀρημένος confectus senio. v. Obss. — 435. ἄλλα δέ μοι νῦν refer ad vs. 431 ἄλγεα δῶκε. —

437—443. cf. sup. 56 — 62.

Τρωσὶ μαχησόμενον· τὸν δ' οὐχ ὑποδέξομαι αὖτις 440
οἴκαδε νοστήσαντα, δόμον Πηλήϊον εἴσω.
ὄφρα δέ μοι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος Ἠελίοιο,
ἄχνυται, οὐδέ τι οἱ δύναμαι χραισμῆσαι ἰοῦσα.
κούρην ἣν ἄρα οἱ γέρας ἔξελον υἷες Ἀχαιῶν,
τὴν αὖψ ἐκ χειρῶν ἕλετο κρείων Ἀγαμέμνων. 445
ἤτοι ὁ τῆς ἀχέων, Φρένας ἔφθιεν· αὐτὰρ Ἀχαιοὺς
Τρῶες ἐπὶ πρύμνῃσιν ἐείλεον, οὐδὲ θύραζε
εἴων ἐξιέναι· τὸν δὲ λίσσοντο γέροντες
Ἀργείων, καὶ πολλὰ περικλυτὰ δῶρ' ὀνόμαζον.
ἔνθ' αὐτὸς μὲν ἔπειτ' ἠναίνετο λοιγὸν ἀμῦναι· 450
αὐτὰρ ὁ Πάτροκλον περὶ μὲν τὰ ἃ τεύχεα ἔσσε,
πέμπε δέ μιν πόλεμόνδε, πολὺν δ' ἅμα λαὸν ὄπασσε.
πᾶν δ' ἦμαρ μάρναντο περὶ Σκαιῇσι πύλῃσι·
καί νύ κεν αὐτῆμαρ πόλιν ἔπραθον, εἰ μὴ Ἀπόλλων,
πολλὰ κακὰ ῥέξαντα, Μενοιτίου ἄλκιμον υἱόν, 455
ἔκταν' ἐνὶ προμάχοισι, καὶ Ἕκτορι κῦδος ἔδωκε.

441 FOIKAΔE 443 TI FOI 444 APA FOI 447 EFEIΛEON 450 Vulg. ἠνήνατο 451 TA FA TETXEA FEΣΣE

444—456. Habes brevem repetitionem totius argumenti Iliadis ad hunc vsque diem; inprimis si adieceris alteram narrationem Achillis ad Thetidem matrem Il. A, 366 sq.

446. ὁ τῆς (ἕνεκα) ἀχέων, Φρένας ἔφθισν *de moerore*, quo conficimur, contabescimus. — αὐτὰρ Ἀχαιοὶ — *intra vallum compulsi* a Troianis, qui noctu ante castra excubabant: Θ, 343. 5 sq. θύραζε ἐξιέναι non *nauibus*, sed *vallo*. — 448. τὸν δὲ λίσσοντο γέροντες. legati, Vlysses, Phoenix cum Aiace Il. I. — 453. περὶ Σκαιῇσι πύλῃσι Π, 653. 712. — 454. ἔνθακεν Π, 698 sq. — 456.

τοὔνεκα νῦν τοὶ σοὶ γούναθ' ἱκάνομαι, αἴ κ' ἐθέλῃσθα
υἱ' ἐμῷ ὠκυμόρῳ δόμεν ἀσπίδα καὶ τρυφάλειαν,
καὶ καλὰς κνημῖδας, ἐπισφυρίοις ἀραρυίας,
καὶ θώρηχ'· ὃ γὰρ ἦν οἱ, ἀπώλεσε πιστὸς ἑταῖρος,
Τρωσὶ δαμείς· ὁ δὲ κεῖται ἐπὶ χθονὶ θυμὸν ἀχεύων.

Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις·
θάρσει, μή τοι ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μελόντων.
αἲ γάρ μιν θανάτοιο δυσηχέος ὧδε δυναίμην
νόσφιν ἀποκρύψαι, ὅτε μιν μόρος αἰνὸς ἱκάνοι·
ὡς οἱ τεύχεα καλὰ παρέσσεται, οἷά τις αὖτε
ἀνθρώπων πολέων θαυμάσσεται, ὅς κεν ἴδηται.

Ὡς εἰπὼν, τὴν μὲν λίπεν αὐτοῦ, βῆ δ' ἐπὶ φύσας·
τὰς δ' ἐς πῦρ ἔτρεψε, κέλευσέ τε ἐργάζεσθαι·
φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν εἰκοσι πᾶσαι ἐφύσων,
παντοίην εὔπρηστον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι,

460 ΕΟΙ 466 ΕΟΙ 467 ΚΕ ΓΙΔΗΤΑΙ 468 ΓΕΙΠΩΝ 469 ΚΕΛΕΤΣΕ ΤΕ ΓΕΡΓΑΖΕΣΘΑΙ 470 ΕΓΕΙΚΟΣΙ

Ἀπόλλων — ἔκτανε Patroclum; ſcilicet vertigine ei iniecta, vt vidimus Π, 788 ſq. — 464. θανάτοιο — ἀποκρύψαι. pro vulgari, *a morte liberare, mortem auertere*, v. V. L. — 466. τὶς ἀνθρώπων πολέων iterum, quod vulgo ἕκαστός τις.

468—477. Orditur Vulcanus opus fabrile; tum arma fabricatur.

469. 470—3. Maiora ſolito omnia tribui dei arti, conſentaneum eſt, nec poſtulatur, vt doceat poeta, quomodo ille ſolus XX folles inflauerit. Artis tamen rationem aliquam in follibus parandis et adhibendis iam tum notam fuiſſe apparet; etſi diſerte eam exponere nequeo. Machina admota, non ſolis manibus, folles inflatos collecto vento fuiſſe probabile fit: quandoquidem viginti ſimul in-

ἄλλοτε μὲν σπεύδοντι παρέμμεναι, ἄλλοτε δ' αὖτε,
ὅππως Ἥφαιστός τ' ἐθέλοι καὶ ἔργον ἄνοιτο.
χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα, κασσίτερόν τε,
καὶ χρυσὸν τιμῆντα, καὶ ἄργυρον· αὐτὰρ ἔπειτα
ϑῆκεν ἐν ἀκμοϑέτῳ μέγαν ἄκμονα· γέντο δὲ χειρὶ
ῥαιστῆρα κρατερὴν, ἑτέρῃφι δὲ γέντο πυράγρην.

Ποίει δὲ πρώτιστα σάκος μέγα τε, στιβαρόν τε,
πάντοσε δαιδάλλων, περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινὴν,

473 ΕΡΓΟΝ 477 Vulg. κρατερὸν

flari poterant. Fuiſſe folles mobiles, ſupra 412 vidimus Φύσας μέν ῥ' ἀπάνευϑε τίϑει. Poterant adeo apponi et amoueri, et quidem plures paucioresue numero, et maiore minoreue impetu ac vi, ſi opus poſceret. ἐνσΦύτων χοάνοισι, *vaſis* ſeu ollis metallo coquendo paratis *ventum admouebant, immittebant, folles*, — εὔπρηστον ἄϋτμὴν, *ventum bene efflatum*, quatenus eius vis temperatur 472. 3. vel afflantem, ſpirantem.

472. ἄλλοτε δ' αὖτε ſcil. παρέμμεναι μὴ σπεύδοντι. viciſſim. v. Obſſ. — 474. χαλκὸν ἐνέβαλλε πυρὶ, proprie ollis, χοάνοις, igni admotis, et quidem, quod res poſtulabat, pluribus ollis ex ordine poſitis, etiam pro metallorum diuerſitate. — 475. incus erat mobilis, vt nunc imponenda eſſet caudici ſeu fulcro, baſi. — 476. 7. εἵλετο, prehendit malleum cum forcipe.

478. Sequitur locus nobiliſſimus de Clipeo Achillis, de cuius inuento, arte, antiquitate, probabilitate, v. disputata in Excurſu ad h. v.

478—481. Clipeus erat materiis, figuris et coloribus variegatus; ora e metallo fulgente eum ambiebat, eaque triplici lamina compacta, ſubter qua circumfluum Oceanum expreſſum fuiſſe, infra 606. 7. declarare videtur. Anſa erat ex argento. Clipei ſuperficies quinque ſeu coriis ſeu laminis altera ſuper alteram inductae, vt tanto

Digitized by Google

τρίπλακα, μαρμαρέην, ἐκ δ' ἀργύρεον τελαμῶνα. 480
πέντε δ' ἄρ' αὐτοῦ ἔσαν σάκεος πτύχες. αὐτὰρ ἐν αὐτῷ
ποίει δαίδαλα πολλὰ ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν.
ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν,
Ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, Σελήνην τε πλήθουσαν,

482 ΠΟΛΛΑ ΓΙΔΤΙΗΙΣΙ

maior eſſet clipei firmitas. In ſumma ſuperficie, ex aere puta, erant anaglypha.

Fecit autem Vulcanus primo loco *clipeum*, h. e. cratem, e quinque ſeu laminis ſeu coriis conſtantem, quae πτύχες ſunt, πλάκες, e diuerſis metallis: quod docet locus alter inf. Υ, 270 ſqq. cf. Obſſ. πάντοτε δαιδάλλων, affabre fabricando. itaque etiam oram triplici lamina circumduxit ἄντυγα τρίπλακα, τρισὶ πλαξὶ τετυγμένην, arbitror: ex aere quidem, vnde Φαεινὴν, μαρμαρέην.

480. τελαμῶνα, ἐκ τῆς ἄντυγος, vel ἐκ τοῦ σάκους, quod praeſtat; nam clipeo balteus appendebat humero dextro iniunctus. Cf. Obſſ. — 482. ἐν αὐτῷ, τῷ σάκει, in ſumma eius ſuperficie, ex aerea lamina, fecit multa ſigna affabre efficta. Dixit generatim δαίδαλα, arte fabricata, affabre efficta. Ea autem ſunt ſigna, quae mox commemorantur.

483—489. Expreſſum fuit in clipeo Vniuerſum: terra, caelum, mare. Memorantur inde ſigillatim in caelo Sol, Luna, Sidera. Reliqua a vſ. 490 ad Terram ſpectant; ambit eam vſ. 606 Oceanus. Ars priſca itaque cum poeſi antiqua in eo conueniſſe videtur, quod argumenta ſua a rerum natura exprimenda petiit. Simili enim modo carmina ab ipſis poetis pro antiquiſſimis memorata, a rerum primordiis erant ducta; quae res nota eſſe poteſt vel ex Virgilii Sileno Ecl. VI. Iopa Aen. I, 740 vnde ipſe Virgilius colorem duxit, cum carminum argumenta, quae ſibi deligere vellet, memorat Ge. II, 475. *me vero primum*. Conuenit hoc

ἐν δέ τε τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται, 485
Πληιάδας θ', Ὑάδας τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος,
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει·
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

cum miro procudendarum coſmogoniarum ſtudio, quod certa aliqua aetate viguiſſe inter Graecos debet. De ceteris, quae ex his ſequantur, v. Excurſ. de Clipeo.

485. Terram, Caelum, et Mare, et Solem cum Luna et Aſtris ordine naturali haud memorat; θάλασσα mare mediterraneum eſſe credendum eſt. Hemiſphaerium arcticum declarari vſſ. 485 apparet. τείρεα πάντα. antiqua voce, τὰ τείρεα, pro aſtris. Memorabilis autem hic locus 486—490 vsque ad noſtra tempora habitus eſt, quia creditum eſt inde apparere, quae ſidera iam Homeri aetate Ionibus innotuerint: Pleiades, Hyades, Orion, Vrſa maior nunquam occidua; ea — 487 Ἄρκτος quae et Ἅμαξα, *Plauſtrum*, a ſitu ſtellarum huius ſideris, appellata eſſe memoratur. Inter haec tamen nec ſtatui debebat, nulla alia ſidera tum fuiſſe cognita; nam, tanquam poeta, per distributionem et ſigillatim *nonnulla* tantum enumerat, eoque πάντα vſ. 485 reſtringitur; tum non pronuntiari poteſt tam indubitate, ad ea, quibus Homeri vita aſſignatur, haec quoque ſatis tuto referri poſſe. — 488. ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται, καὶ' αὐτοῦ τοῦ τόπου, latius tamen eodem caelo, in quo Pleiades, Hyades et Orion verſantur. alioqui eſt probandum: eodem ſemper in loco, nullo motu. porro, ἥ — Ὠρίωνα δοκεύει. ex *aduerſo ſibi poſitum in ſphaera auſtrali*, ἐπ' εὐθείας; *obſeruat* autem eum, tanquam ſuſpectum ſibi, quippe venantem. Tandem 489 οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο, h. non occidit, non ſubter ὁρίζοντα, finitorem, deſcendit, quae perpetua inde ab Homero manſit declaratio occaſus ſiderum, vti et ortus, per

Digitized by Google

Ἐν δὲ δύω ποίησε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων
καλάς· ἐν τῇ μέν ῥα γάμοι τ' ἔσαν, εἰλαπίναι τε·
νύμφας δ' ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων,
ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ· πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει·
κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
αὐλοὶ, Φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον· αἱ δὲ γυναῖκες
ἱστάμεναι θαύμαζον ἐπὶ προθύροισιν ἑκάστη.

492 Vulg. ὑπολαμπομενάων. 493 ΑΝΑ ΓΑΣΤΤ 496 ΠΡΟΘΤΡΟΙΣΙ ΓΕΚΑΣΤΗ

ſpeciem ſubmerſionis in Oceano. cf. E, 6.

490—540. Ornatiſſimus locus. Expreſſae erant aere *duae vrbes: altera* 490—508 *pacatis rebus florens, altera ab hoſte obſeſſa.* Pacatum rerum ſtatum declarat ab iis, quae an poeta alicubi ſculpta viderit, recte dubitari poteſt, certe vt poeta carmine reddidit, narrare itaque putandus eſt res ſculptas, non tanquam ſculptas, ſed tanquam viſas, auditas, ſenſu perceptas. Itaque cantus nuptialis cum tibiis et fidibus auditur, altercantur duo, pronuntiant, et ſic porro. Haec ſemel monita eſſe ſatis ſit; poetica omnia ſunt, non plaſticae et ſculptoriae artis. Clipeus eſt poeticus, non ab arte fabrefactus. De quibus v. Excurſ. Admirabilis quoque eſt rerum dilectus, non quem artifex faceret, ſed poeticus, eorum ſcilicet, quae et ſuaviſſima phantaſmata et obiicerent, et poetici ornatus plurimum admitterent: *deductio nouae nuptae* 491—496. *iudicium et cauſſa forenſis* 497—508.

492. *ὑπὸ δαΐδων, μετὰ,* fiebat enim deductio veſperi, a domo ſponſae ad ſponſum. Memoratu dignum, quod *ὑμέναιος* iam tum in vſu fuit; vocabulum de *cantu nuptiali:* 493. et mos, quod inter illum inceſſum erant, qui ſaltabant, et quidem *ſoli,* inter cantum tibiarum et fidium. — 495. *βοὴν ἔχον,* alias *ἐποιοῦντο βοὴν, ἀβώων, ἐφώνευν.*

λαοὶ δ' εἰν ἀγορῇ ἔσαν ἀθρόοι· ἔνθα δὲ νεῖκος
ὠρώρει· δύο δ' ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς
ἀνδρὸς ἀποφθιμένου· ὁ μὲν εὔχετο, πάντ' ἀποδοῦναι,
δήμῳ πιφαύσκων· ὁ δ' ἀναίνετο, μηδὲν ἑλέσθαι. 500
ἄμφω δ' ἰέσθην ἐπὶ ἴστορι πεῖραρ ἑλέσθαι.

501 ΓΙΕΣΘΗΝ ΕΠΙ ΓΙΣΤΟΡΙ

497—508. Memorabilis locus, qui *iudicii antiquiorum aetatum* formam ante oculos ponit. *Iudicium in foro habitum;* antiquissimo more, in populi coetu, ἐκκλησίᾳ. Seniores e populo sunt iudices. Controuersia erat de pretii solutione pro compensanda caede, altero asseuerante, se iam persoluisse, altero negante se quicquam accepisse. Populo silere iusso consedit Senatus; iussus vterque caussam agere: binis auri talentis in medio positis, seu vt esset sacramentum, seu quod erat illud ipsum pretium, quo satisfieret pro caede. νεῖκος ὠρώρει. non quasi nunc primo *ortum;* sed *agebatur controuersia*, caussa.

498. εἵνεκα ποινῆς ἀνδρὸς ἀποφθιμένου e more priscarum aetatum in iudiciis Φονικῶν· quae primum Athenis instituta fuere. Est itaque hic locus memoratus, vnde pateat, caussas φονικὰς iam ante Draconem in iudicio fuisse actas sed aliter constituto. Soluendum erat proximis agnatis et cognatis pretium pro caeso, maxime tamen in caede haud voluntaria. Res nunc nota ex antiquitate graeca. cf. I, 628 sq. — 499. πάντ' ἀποδοῦναι, pro πᾶσαν ποινήν. vt I, 387 πρίν γ' ἀπὸ πᾶσαν ἐμοὶ δόμεναι θυμαλγέα λώβην. — 500. εὔχετο δήμῳ πιφαύσκων, professus est asseuerando, declarando iis qui aderant. — 501. ἰέσθην ἐπὶ ἴστορι πεῖραρ ἑλέσθαι, finire litem testibus adhibitis. vterque paratus erat ad producendos testes, secundum quos sententia ferri et lis decidi posset. At alii: ἐπὶ ἴστορι, arbitro seu iudice sententiam ferente. v. Obss.

Digitized by Google

λαοὶ δ' ἀμφοτέροισιν ἐπήπυον, ἀμφὶς ἀρωγοί·
κήρυκες δ' ἄρα λαὸν ἐρήτυον· οἱ δὲ γέροντες
εἵατ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις, ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ·
σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χέρσ' ἔχον ἠεροφώνων·
τοῖσιν ἔπειτ' ἤϊσσον, ἀμοιβηδὶς δὲ δίκαζον·
κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα,
τῷ δόμεν, ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴπῃ.

506 Vulg. δ' ἐδίκαζον. 508 ΙΘΥΝΤΑΤΑ ΕΙΠΗΙ

502. ἐπήπυον, acclamabant fauendo alterutri. Faciunt adiuncta haec ad rem ἐμφαντικῶς declarandam. — 503. λαὸν ἐρήτυον ſilere iubebant vt B, 96. 97. γέροντες, ſeniores populi, qui pro Senatu erant, etiam pro iudicibus: nam ipſi populi ipſius vices ſuſtinebant; erant autem iudicia antiquiſſimo more populi, non ſingulorum iudicum; niſi his arbitrium delatum eſſet a litigantibus. Videmus itaque h. l. conſeſſum Senum ſeu Senatus populi ſeu vrbis. — 504. ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ, de ipſo conſeſſu accipio, auguſto, venerabili, ſacro. v. Obſſ. — 505. baculum ſeu haſtam dicturi ſumunt, vt hoc ipſo declarent, ſe publice dicturos eſſe venia dicendi impetrata: v. Obſſ. vt ſup. B, 185 Vlyſſes ſumta Agamemnonis haſta ſeu ſceptro mandata ſe a rege accepta dare ſignificabat. praecones ἠερόφωνοι, quorum vox per aerem diditur, et auditur. — 506. τοῖσιν vel vt vulgo accipitur, σὺν οἷς σκήπτροις. vel, vt ſexcenties, pro ἐν τοῖσιν, ἐν αὐτοῖς, ἤϊσσον, ſurrexerunt ad dicendum, et petitor et is, vnde petitur; et alter poſt alterum ἐδίκαζον, cauſſam egerunt. cf. Obſſ. — 507. κεῖτο. duo talenta, quae, vt probabile eſt, ipſam ποινὴν ἀντὶ φόνου conſtituebant, erant a reo apportata, in medio poſita, vt ea auferret is qui cauſſa viciſſet. — 508. ὃς δίκην ἰθύντατα εἴπῃ. qui cauſſam ſuam veriſſime dixiſſet, h. e. edocuiſſet iudices, iuſſa ſe poſtulare. v. Obſſ.

Τὴν δ' ἑτέρην πόλιν ἀμφὶ δύο στρατοὶ εἵατο λαῶν,
τεύχεσι λαμπόμενοι· δίχα δέ σφισιν ἤνδανε βουλὴ,
ἠὲ διαπραθέειν, ἢ ἄνδιχα πάντα δάσασθαι 511
κτῆσιν, ὅσην πτολίεθρον ἐπήρατον ἐντὸς ἔέργει.
οἱ δ' οὔπω πείθοντο, λόχῳ δ' ὑπεθωρήσσοντο.

510 ΣΦΙΣΙ ΗΝΔΑΝΕ 512 ΕΕΡΓΕΙ

509—540. Vrbs obsessa, et quidem a duobus exercitibus. Pro more istorum hominum, in primis poliorceticis rudimentis, exibant oppidani et in insidiis collocati praedabantur obsidentium armenta, vt haberent, vnde ipsi obsidionem tolerarent. Quo conspecto, accurrit agmen obsidentium, et pugnam committit.

Non haec narrata esse, vti sculpta, per se obuium est; narrata sunt, vt poeta rem auditam ante oculos positam mente concipiat et carmine viuide enarret. Obscuratur tamen narratio vsu pronominum parum accurate instituto; et quod δύο στρατοὶ sunt.

510. τεύχεσι λαμπόμενοι bene adiectum, vt sensui oculorum res subiiciatur. δίχα δέ σφισιν, obsidentibus, qui deliberant, vrbe capta, diripere ne vrbem an praedam diuidere consultius futurum sit. Videntur haec nimis otiose interposita esse. Cum igitur sequantur vss. 513 οἱ δ' οὔπω πείθοντο, qui oppidani sunt, videtur conditio esse proposita oppidanis, vt obsidentibus dimidiam bonorum suorum partem tradant, quo facto fore, vt obsidione liberentur, sin recusent, et vltima experiantur, fore vt vrbs diripiatur. Nec tamen oppidani conditionem admiserunt. v. Obss. — 511. 512. πάντα, per appositionem, κτῆσιν, ὅσην. Similis prorsus est pactio ab Hectore proposita inf. X, 114 sq. — 120 ἀλλ' ἄνδιχα πάντα δάσασθαι. — 513. οἱ δ' οὔπω πείθοντο. oppidani. οὐκ ἐπείθοντο, conditionem oblatam non admisere, vt dimidiam bonorum partem hosti traderent. λόχῳ δ' ὑπεθωρήσσοντο. εἰς λόχον. Conuenit cum more veterum in re bellica, vt non

Digitized by Google

τεῖχος μέν ῥ' ἄλοχοί τε φίλαι καὶ νήπια τέκνα
ῥύατ', ἐφεσταότες, μετὰ δ' ἀνέρες, οὓς ἔχε γῆρας. 515
οἱ δ' ἴσαν· ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης καὶ Παλλὰς Ἀθήνη,
ἄμφω χρυσείω, χρύσεια δὲ εἵματα ἕσθην,
καλὼ καὶ μεγάλω σὺν τεύχεσιν, ὥς τε θεώ περ,
ἀμφὶς ἀριζήλω· λαοὶ δ' ὑπολίζονες ἦσαν.
οἱ δ' ὅτε δὴ ῥ' ἵκανεν, ὅθι σφίσιν εἶκε λοχῆσαι, 520
ἐν ποταμῷ, ὅθι τ' ἀρδμὸς ἔην πάντεσσι βοτοῖσιν,
ἔνθ' ἄρα τοί γ' ἵζοντ', εἰλυμένοι αἴθοπι χαλκῷ.
τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε δύω σκοποὶ εἵατο λαῶν,

517 ΔΕ ΓΕΙΜΑΤΑ ΓΕΣΘΗΝ 520 ΣΦΙΣΙ ΓΕΙΚΕ 522 lectum ΗΙΖΟΝ ΓΕΙΛΥΜΕΝΟΙ

modo eruptionem facerent obſeſſi, verum et extra vrbem inſidias ſtruerent obſidentibus, inprimis ad pecora, pro praeda abacta, recuperanda et in vrbem abducenda. Obſidentes autem, cum machinas et alias artes oppugnationis ignorarent, id machinabantur, vt vrbem propugnatoribus vacuam occuparent; itaque oppidanis de tutela murorum erat cogitandum vſſ. 514. 515. cf. ſup. Θ, 518 ſq. — 516. οἱ δ' ἴσαν, oppidani ad inſidias ſtruendas egreſſi. Sequentia animum ad anaglyphum aliquod revocare poſſunt; Mars et Pallas auro efficti et, tanquam dii, maiore ſpecie quam mortales; ſunt tamen nec minus poetica; notabiles quoque verſus ſunt ad opinionem de pulcritudine et magnitudine corporum, quibus dii ad humanam naturam adumbrabantur.

520. οἱ δ' ὅτε δὴ ῥ' ἵκανον — ἔνθ' ἄρα τοίγε ſunt iidem oppidani: vbi venerant ad locum, vbi ipſis viſum erat, inſidias collocare, apud amnem, ad quem obſidentis exercitus pecudes potum duci ſolebant: illi ibi conſederunt, humi, clipeis ſuis tecti, conſtitutis antea duobus ſpeculatoribus. Pecudes ſunt λεῖαι, eaedem, quas hoſtes prae-

Digitized by Google

δέγμενοι, ὁππότε μῆλα ἰδοίατο καὶ ἕλικας βοῦς.
οἱ δὲ τάχα προγένοντο, δύω δ' ἅμ' ἕποντο νομῆες,
τερπόμενοι σύριγξι· δόλον δ' οὔ τι προνόησαν.
οἱ μὲν τὰ προϊδόντες ἐπέδραμον, ὦκα δ' ἔπειτα
τάμνονθ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας καὶ πώεα καλὰ
ἀργεννῶν οἰῶν· κτεῖνον δ' ἐπὶ μηλοβοτῆρας.
οἱ δ' ὡς οὖν ἐπύθοντο πολὺν κέλαδον παρὰ βουσίν,
εἰρέων προπάροιθε καθήμενοι, αὐτίκ' ἐφ' ἵππων
βάντες ἀερσιπόδων μετεκίαθον· αἶψα δ' ἵκοντο.
στησάμενοι δὲ μάχοντο μάχην ποταμοῖο παρ' ὄχθας,
βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.
ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ὁμίλεον, ἐν δ' ὀλοὴ Κήρ,
ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον,
ἄλλον τεθνειῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖϊν.

524 ΜΗΛΑ ΓΙΔΟΙΑΤΟ De ϝελικας v. Exc. de digammo. 527 ΠΡΟΓΙΔΟΝΤΕΣ 529 ΓΙΩΝ 531 ΓΕΙΡΑΩΝ vulg. ἰρέων et ἰρέων. 533 Vulg. δ' ἐμάχοντο. 535 ολοϝη

dati vicina abegerant. — 525. οἱ δὲ (ſc. μῆλα καὶ βόες) τάχα προγένοντο, παρεγένοντο. Tum vſ. 527 οἱ μὲν τὰ προϊδόντες ſunt oppidani in inſidiis ſedentes; ii ſtatim ἀμφιετάμνοντο, ἀπετάμνοντο, armenta et pecora, vndique includendo, quo minus fugae locus eſſet, iisque potiti in vrbem egerunt. — 529. κτεῖνον δ' ἐπὶ μηλοβοτῆρας, vel ἐπὶ praeterea, vel ἐπ' αὐτοῖς καθεστηκότας, ἐπ' αὐτοῖς ὄντας. — 530. οἱ δ' ὡς οὖν ἐπύθοντο. iam hi ſunt obſidentes, et quidem excubantes ante caſtra, in quibus exercitus verſabatur in foro, loco publico, ἐν ἀγορᾷ, in qua concio habebatur. Excubias agentes etiam ante caſtra Achiuorum vidimus K, 180. εἴρα vel ἴρα eſt locus concionis, et ipſe coetus. v. Obſſ.

535 — 538. Poeticum

εἵμα δ' ἔχ' ἀμφ' ὤμοισι δαφοινεὸν αἵματι φωτῶν·
ὠμίλευν δ', ὥστε ζωοὶ βροτοὶ, ἠδ' ἐμάχοντο,
νεκρούς τ' ἀλλήλων ἕρυον κατατεθνειῶτας. 540
Ἐν δὲ τίθει νειὸν μαλακὴν, πίειραν ἄρουραν,

538 ΕΙΜΑ 540 ΕΡΥΟΝ 541 Vulg. ἐν δ' ἐτίθει

phantaſma, quo declaratur, alios vulnerari inter pugnandum, alios occidi. Pugna et Caedes in perſonas mutatae ſunt: Ἔρις et Κυδοιμὸς ipſe tumultus pugnando contendentium inter ſe; inprimis Κὴρ, Mors fatalis, ſaeuit, alium iam vulnerauit, arripit alterum ἄουτον, vt eum vulneret, alium iam caeſum abstrahit, vt ſolent corpora abstrahi ad ſpolia legenda. Accedunt tamen et haec propius ad argumentum anaglyphi conſtituendum. Ita in arca Cypſeli ad pugnam inter Aiacem et Hectorem declarandam expreſſa eſt ſtans inter vtrumque Ἔρις, tum Φόβος, Κήρ. Sunt haec inter ea, in quibus ars plaſtica antiquior plura audebat, quam arti natura rerum conceſſit; voluit illa reddere ea, quae mera phantaſmata ſunt, ſermone antiquo et oratione poetica feliciter exprimi ſolita, cum abstracta in perſonas mutata ſint; eadem ab arte expreſſa, allegorica ſunt, quae rebus ex vera natura adumbratis vix bene interponuntur et admiſcentur: nam pugnantibus addita femina ad oculorum ſenſum nihil aliud erit quam femina pugnans; nec niſi nomine adſcripto aſſequi licet, eſſe deam Discordiam.

539. ὠμίλευν, ἐμάχοντο, οἱ στησάμενοι vſ. 533. 534. — 540. et corpora caeſorum mutuo abstrahunt, vt ea ſpolient.

541 — 573. Sequuntur argumenta iucundiora, inter ſe cognata; aratio, meſſis, vindemia; putes tria anni tempora adumbrari. Tum ſubiiciuntur paſcua primo armentorum, tum ouium 574 — 589. priora illa georgici erant argumenti, haec vitae paſtoralis.

541. νειὸν μαλακὴν, agrum noualem, molli ſolo. τρίπολον, trina aratione ver-

εὐρεῖαν, τρίπολον· πολλοὶ δ' ἀροτῆρες ἐν αὐτῇ
ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον ἔνθα καὶ ἔνθα.
οἱ δ' ὁπότε στρέψαντες ἵκοιατο τέλσον ἀρούρης,
τοῖσι δ' ἔπειτ' ἐν χερσὶ δέπας μελιηδέος οἴνου
δόσκεν ἀνὴρ ἐπιών· τοὶ δὲ στρέψασκον ἀν' ὄγμους,
ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι.
ἡ δὲ μελαίνετ' ὄπισθεν, ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει,

545 ΜΕΛΙΓΗΔΕΟΣ FOINOT v. Obſſ. 547 FIEMENOI 548 ΔΕ ΓΕΓΩΙΚΕΙ

ſam. cf. Ge. I, 47. — 544. οἱ δὲ, ὁπότε ἵκοιντο ἐπὶ τέλσον, τέρμα ἀρούρης, ſulco ducto. — 546. ἀν' ὄγμους, ſecundum ſeries iugorum, κατὰ τάξεις, cum plures eſſent aratores, et iuga. vulgo, per ſulcos accipiunt. v. Obſſ. — 548. 9. agri ſuperficies auro adumbrata erat, a tergo tamen arantium nigricabat; h. e. fuſco colore aurum inductum erat. Hic ſane videtur poeta iterum opus fabrile ex metallo ante oculos habere, tincto per aliud metallum fuſura aliqua cum auro mixtum, forte opus encauſtum aliquod ex aere mixto. Simili modo licet coniectare de ſeqq. quando 562 μέλανες βότρυες, 564 κυανέη πάτεος, memorantur. Poteſt tamen acumen noſtrum perperam in his ſe exercere; et non improbabile videri poteſt, poetam haec narrare, non quomodo ars ea effecerit aut efficere potuerit, ſed qua ſpecie res ipſae extra opus in ipſa rerum natura ſe offerunt: et eſſe phantaſmata mere poetica. Minorem difficultatem ad cogitationem de ipſa arte habent admixtae ex argento et caſſitero partes et figurae. In miracula operis diuini refert ſulcos nigricantes Plinius XVII, 5. — *terram teneram, quae vocatur pulla; erit igitur haec optima et operi et ſatis, — illa poſt vomerem niteſcens; qualem fons ingeniorum Homerus in armis a deo caelatum dixit, addiditque miraculum nigreſcentis, quamuis ſe-*

χρυσείη περ ἐοῦσα· τὸ δὴ περὶ θαῦμα τέτυκτο.
Ἐν δὲ τίθει τέμενος βαθυλήϊον· ἔνθα δ' ἔριθοι
ἤμων, ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες·
δράγματα δ' ἄλλα μετ' ὄγμον ἐπήτριμα πίπτον ἔραζε,
ἄλλα δ' ἀμαλλοδετῆρες ἐν ἑλλεδανοῖσι δέοντο.
τρεῖς δ' ἄρ' ἀμαλλοδετῆρες ἐφέστασαν· αὐτὰρ ὄπισθε
παῖδες δραγμεύοντες, ἐν ἀγκαλίδεσσι φέροντες,
ἀσπερχὲς πάρεχον· βασιλεὺς δ' ἐν τοῖσι σιωπῇ
σκῆπτρον ἔχων ἑστήκει ἐπ' ὄγμου γηθόσυνος κῆρ.
κήρυκες δ' ἀπάνευθεν ὑπὸ δρυῒ δαῖτα πένοντο·
βοῦν δ' ἱερεύσαντες μέγαν, ἄμφεπον· αἱ δὲ γυναῖκες

549 Vulg. θαῦμ' ἐτέτυκτο. 550 et 561 Vulg. ἐν δ' ἐτίθει

ret in auro. (alii, ex auro.) — 549. περὶ vel πέρι, περισσῶς, admodum.

550—560. Meſſis; argumentum et arti et poeticae facultati egregie accommodatum. ἔριθοι ſunt, qui opus faciunt, ſeu mercenarii, ſeu famuli. v. Obſſ.

552. Dum culmi falce ſecantur, manipuli alii quidem ſerie, qua reciſi fuerant deinceps, ἐπήτριμα, συνεχῆ καὶ πυκνά, cadebant in ſolum, alii autem faſciculis colligabantur; nam plura δράγματα colliguntur in ἄμαλλαν, *Garben*, et obligantur. — 553. ἐν ἑλλεδανοῖσι, σὺν δεσμοῖς. v. Obſſ. — 555. δραγμεύοντες, qui culmos demeſſos manipulatim colligunt et collectos porrigunt iis, qui ἄμαλλαν, faſciculum, vinciunt. — 556. βασιλεὺς, herus, ἄναξ, adſtabat ad eam ſeriem metentium. — 558. κήρυκες officia principum virorum et publica et domeſtica obibant. — 559. βοῦν ἱερεύσαντες, ſimpliciter de mactatione, vt notum eſt; nulla vero pecus mactabatur, cuius primitiae non diis conſecrarentur; ita vtraque res ad vnam notionem redibat; vt in Odyſſea

δεῖπνον ἐρίθοισι, λευκὴ ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον. 560
Ἐν δὲ τίθει σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωὴν,
καλὴν, χρυσείην, μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν·
ἑστήκει δὲ κάμαξι διαμπερὲς ἀργυρέῃσιν.
ἀμφὶ δὲ, κυανέην κάπετον, περὶ δ' ἕρκος ἔλασσε
κασσιτέρου· μία δ' οἴη ἀταρπιτὸς ἦεν ἐπ' αὐτὴν, 565
τῇ νίσσοντο Φορῆες, ὅτε τρυγόωεν ἀλωήν.
παρθενικαὶ δὲ καὶ ἠίθεοι, ἀταλὰ φρονέοντες,
πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον μελιηδέα καρπόν.

568 ΜΕΛΙΓΗΔΕΑ

locis pluribus. — 560. λεύκ' ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον, ſcil. ἐπ' αὐτοῦ, τοῦ δείπνου, carnibus apponendis; nam caro aſſa farina aſperſa tanquam cruſtam induebat. Alibi quoque vt Od. Ξ, 76. 77. Non aptum eſſet voc. παλύνειν, ſi intelligere vellemus paratum farina potum, vt ſup. Λ, 630. nam hoc ἐνέμασσον, ἐνέμισγον ἄλφιτα ὕδατι eſſet.

561 — 572. Vindemia. Mirum eſt, quod in hac potiſſimum diuerſorum colorum ſit mentio, et quod tam diuerſis coloribus eſt diſtincta ac variata. ἀλωὴ, vinea in plano h. l. βρίθουσα σταφυλῇσι, dicta eſt pro vitibus; erant ἄμπελοι, vites, βρίθουσαι σταφυλαῖς, βότρυσι. ἑστήκει δὲ ἡ ἀλωὴ, h. e. αἱ ἄμπελοι ἑστήκεισαν, ἦσαν, (ἀνὰ) κάμαξιν. Ipſa vinea, cum vitibus, ex auro facta, vuae autem purpureae, pali quibus alligantur, argentei, foſſa caerulea, et ſeptum e ſtanno. Si vere notio artis et operis ſimilis obuerſata eſt poetae animo: nae vixit ille ea aetate, qua metallorum tractandorum ratio eſſe debuit admodum elaborata. v. Excurſ. de clipeo.

566. ὅτε τρυγόωεν τὰς βότρυας. — 567. pueri ἀταλὰ φρονέοντες, ἀπαλοὶ, ἁβροὶ aetate.

Digitized by Google

τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι παὶς Φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε
λεπταλέῃ Φωνῇ· τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἀμαρτῇ
μολπῇ τ' ἰϋγμῷ τε, ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.
Ἐν δ' ἀγέλην ποίησε βοῶν ἐρίθοκεραιέων·
αἱ δὲ βόες χρυσοῖο τετεύχατο, κασσιτέρου τε,

571 Vulg. ὁμαρτῇ

569—572. Suaue phantaſma, poeticum vtique; puer ſtans in medio ſaltantium: Qui tamen illi ſunt? aliine ac diuerſi ab iis qui vuas ferunt caniſtris? eſt ergo alius temporis articulus, vindemia iam facta. At eſt τοῖσι δ' ἐν μέσσοισι. Videntur ergo eſſe iidem vindemiantes: incedunt illi ac geſtant calathos, in capite puta, factis ad numeros greſſibus; σκαίροντες ἕποντο, puero quaſi chorago antecedente et ducente chorum incedentium. Suauior ſic rerum adſpectus; ſicque acceperat quoque Philoſtratus l. c. παρθένοι τε γὰρ καὶ ἠίθεοι εὔιον καὶ βακχικὸν ἐν ῥυθμῷ βαίνουσιν, ἐμβιβόντος αὐτοῖς τὸν ῥυθμὸν ἑτέρου.

570. ὁ παῖς ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε. Sunt plures iungendi et interpretandi modi; ſequamur grammaticum, eumque elegantiorem, ipſe puer ἄειδε καλὸν, ὑπὸ λίνον. ὑπῇδε τῷ λίνῳ, fidibus accinuit, voce ſeu ſubmiſſa, ſeu molli ac ſuauiore.

571. 2. τοὶ δὲ ἕποντο, ῥήσσοντες ὁμαρτῇ, σὺν μολπῇ τ' ἰϋγμῷ τε, σκαίροντες πόδεσσι. ῥήσσοντες ſcil. τὸ πέδον, τὴν γῆν, σὺν ποσί. pulſantes, quatientes pede terram.

573—586. Armentorum paſcua; variatum argumentum per leones ea aggreſſos. Etiam in hac area colorum ratio habita eſt, plus quam in ſuperioribus; boves auro et caſſitero efficti, fului, et candidi an nigri? nam quis κασσίτερος fuerit,

μυκηθμῷ δ' ἀπὸ κόπρου ἐπεσσεύοντο νομόνδε
παὶρ ποταμὸν κελάδοντα, παρὰ ῥοδανὸν δονακῆα.
χρύσειοι δὲ νομῆες ἅμ' ἑστιχόωντο βόεσσι
τέσσαρες, ἐννέα δέ σφι κύνες πόδας ἀργοὶ ἕποντο.
σμερδαλέω δὲ λέοντε δύ' ἐν πρώτῃσι βόεσσι
ταῦρον ἐρύγμηλον ἐχέτην· ὁ δὲ, μακρὰ μεμυκὼς
ἕλκετο· τοὺς δὲ κύνες μετεκίαθον, ἠδ' αἰζηοί.
τὼ μὲν ἀναρρήξαντε βοὸς μεγάλοιο βοείην,
ἔγκατα καὶ μέλαν αἷμα λαφύσσετον· οἱ δὲ νομῆες
αὖτως ἐνδίεσαν, ταχέας κύνας ὀτρύνοντες.
οἱ δ' ἤτοι δακέειν μὲν ἀπετρωπῶντο λεόντων,
ἱσταμένοι δὲ μάλ' ἐγγὺς ὑλάκτεον, ἔκ τ' ἀλέοντο.

576 Vulg. περὶ. legendum διὰ ῥοδανὸν δονακῆα per arundinetum mobile. 581 Vulg. τὸν

ignoramus; ex auro paſtores.

575. ἀπὸ κόπρου. *e ſtabulo*. v. Obſſ. ἐπεσσεύοντο, cum dilectu poſitum, ad naturam pecudum paſcua nota petentium. — 576. παρὰ ῥοδανὸν δονακῆα. paſcua erant ad amnem; et quidem *ad eam amnis partem, qua* inundata ripa aquis *arundinetum enatum erat;* hoc arundinetum, δονακῆα, dixit *mobile, vento quaſſatum*. an vero ῥοδανὸν hanc notionem habeat, videndum eſt in Obſſ. vbi et de δονακεὺς, male pro adiectiuo vulgo habito dicta vide. — 578. πόδας ἀργοὶ, ταχύποδες. — 580. ταῦρον ἐρύγμηλον *mugientem*. v. Obſſ. — 584. οἱ δὲ νομῆες αὖτως ἐνδίεσαν. ἐνδίωπον, *nec tamen aliquid efficiebant;* non enim prope accedere audebant nec ipſi nec canes. — 585. ἀπετρωπῶντο λεόντων (ὥστε μὴ) δακέειν αὐτούς. refugiebant, detrectabant, morſu appetere leones.

Ἐν δὲ νομὸν ποίησε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
ἐν καλῇ βήσσῃ μέγαν οἰῶν ἀργεννάων,
σταθμούς τε, κλισίας τε κατηρεφέας, ἰδὲ σηκούς.
Ἐν δὲ χορὸν ποίκιλλε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
τῷ ἴκελον, οἷόν ποτ' ἐνὶ Κνωσσῷ εὐρείῃ
Δαίδαλος ἤσκησε καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ.
ἔνθα μὲν ἠίθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι
ὠρχεῦντ', ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχοντες·
τῶν δ' αἱ μὲν λεπτὰς ὀθόνας ἔχον, οἱ δὲ χιτῶνας

588 οιϝων 591 ΓΙΚΕΛΟΝ

587—9. Paſcua ouium ſed cum ſtabulis et tuguriis et caulibus.

590—605. *Chorum* ſ. choricam ſaltationem expreſſerat Vulcanus, quem poeta deſcripſit, qualem ſibi aliquis fingere poteſt animo, non qualem ars poteſt exprimere. Attamen materiem et colorem ille memorat, enſes ex auro, balteis argenteis ſuſpenſos. — 591. Τῷ ἴκελον. Extabat ergo in Creta exemplum ſimilis operis, cuius auctor Daedalus ferebatur. Forte inde argumentum habet ſingulare aliquid, quod Creticum morem referret; eſt enim ſaltationis genus inſolens: quae obſeruatio ad criſin huius loci tenenda eſt. — 592. ἤσκησε. vocabulo proprio artis, ἀσκεῖν, elaborare, vt iam vidimus Γ, 388. — 593. ἔνθα μὲν — in hac chorea efficti erant a Vulcano ſaltantes; non enim haec ad Daedalum ſpectant. — ἀλφεσίβοιαι, amabiles *quae ad amorem ſui allicerent*; hoc ex priſco more redditum: *quae procos nanciſcerentur*, a quibus emebantur a parentibus. In ſeriore aetate alio more nominantur puellae quae dotem afferunt, vbi declarandae ſunt ingenuae, nobiles, patrimae et matrimae.

595. Quae ſequuntur ad

εἵατ' ἐϋνήτους, ἦκα στίλβοντας ἐλαίῳ·
καί ῥ' αἱ μὲν καλὰς στεφάνας ἔχον, οἱ δὲ μαχαίρας
εἶχον χρυσείας ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων.
οἱ δ' ὅτε μὲν θρέξασκον ἐπισταμένοισι πόδεσσι
ῥεῖα μάλ', ὡς ὅτε τις τροχὸν ἅρμενον ἐν παλάμῃσιν 600
ἑζόμενος κεραμεὺς πειρήσεται, αἴ κε θέῃσιν·
ἄλλοτε δ' αὖ θρέξασκον ἐπὶ στίχας ἀλλήλοισι.
πολλὸς δ' ἱμερόεντα χορὸν περίστα θ' ὅμιλος

596 FEIAT et FHKA vulg. εἵατο εὐνήτους.

605. non ab artifice expreſſa, ſed tanquam a poeta mente concepta narrari puta. Ad chori apparatum maxime veſtitus ſpectat, quippe ad ſenſus percutiendos valens; itaque puellae peplo tenui ſunt indutae, et comas habent redimiculis vinctas; iuuenes tunicis candore fulgentibus et gladiis inſignes e balteo pendentibus. Debuit igitur hoc eſſe certum genus ſaltationis choricae, forte Creticum.

596. ἦκα στιλβοντας ἐλαίῳ χιτῶνας, antiqua loquendi forma, de nitore: de qua v. Obſſ. — 598. οἱ δ' ὅτε μὲν et 602 ἄλλοτε, pro ὅτε μὲν, ὅτε δέ. —

600. ὡς ὅτε τις. ad cyclicam ſaltationem ſpectare, ex comparatione apparet. Celeritatem motus in orbem declarat a celeritate rotae figulinae circumactae; πειρήσεται αἴ κε θέῃσιν, ſi quis opus aggreſſus principio manus impulſu explorat rotam, ſitne ſatis mobilis et facile circumagenda; itaque aſſidet figulus, ἑζόμενος, vt opus faciat. τροχὸν ἅρμενον ἐν παλάμῃσιν, ἐνάρμενον, habilem, quae manu bene poſſit apprehendi et facile moueri. — 602 eſt ὄρχησις κατὰ στροφάς, nam procedunt ordinibus rectis, et aliquantum progreſſi iterum ſe conuertunt. θρέξασκον ἐπὶ στίχας (ἐν) ἀλλήλοις, inter ſe diuiſi in certos nu-

τερπόμενοι· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς
μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους. 605
Ἐν δὲ τίθει ποταμοῖο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο
ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος πύκα ποιητοῖο.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε,
τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς·

609 ΑΡΑ ΓΟΙ

meros et ordines: alii poſt alios. — 604. *δύο κυβιστητῆρε.* Spectat et hoc ad certum ac ſingulare aliquod ſaltationis genus e more priſco, cum eſſent, qui ſeorſum a ceteris in medium prodirent et motus exquiſitiores facerent, in quibus et hi erant, vt capiti inſiſterent et pedibus ſublatis motus numeroſos facerent. Videri poteſt haec ὄρχησις propria fuiſſe Cretenſibus, et cum ab his plura inſtituta ad Lacones peruenerint, potuit ea illis quoque familiaris eſſe, vt apud Menelaum hoſpites Telemachus et Piſiſtratus eo ſpectaculo delectarentur Od. Δ, 18. 19. Videmus tamen etiam Hippocliden Athenienſem hac ὀρχήσει ſpectatum fuiſſe, nota narratione, cum apud Cliſthenem nuptiis filiae per eam excideret. Spectat res ad Solonis tempora; nam Cliſthenes Sicyonis tyrannus vicit Pythia Ol. XLIX, 3. *ἐδίνευον*, videtur proprie in ea ὀρχήσει dictum eſſe, forte vt in ipſa *κυβιστήσει*, capiti inſiſtendo corpus rotarent. Sed quod vſ. 604. 5 *κυβιστητῆρες ἐξάρχουσι μολπῆς* difficultatem habet, de qua v. Obſſ.

607. *ἄντυγα πὰρ πυμάτην.* non in ipſa ora Oceanus expreſſus erat, ſed interius ſubter ora. Hic vtique manifeſtum fit, auctorem voluiſſe orbem terrarum in clipeo eſſe adumbratum. *ἄντυγα Φαεινὴν*, ſupra vſ. 479 *τρίπλακα, μαρμαρέην.*

609. Ex aere puta reli-

τεῦξε δέ οἱ κόμυθα βριαρὴν, κροτάφοις ἀραρυῖαν, 610
καλὴν, δαιδαλέην· ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε·
τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πάνθ' ὅπλα κάμε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
μητρὸς Ἀχιλλῆος θῆκε προπάροιθεν ἀείρας.
ἡ δ', ἴρηξ ὥς, ἆλτο κατ' Οὐλύμπου νιφόεντος, 615
τεύχεα μαρμαίροντα παρ' Ἡφαίστοιο φέρουσα.

610 ΔΕ FOI 612 ΔΕ FOI 615 *fως* Bentl.

qua quoque arma eſſe facta; itaque adiicitur vſ. 611 aurea criſta, ſeu potius ſumma galeae pars cum cono, cui criſta e iuba inſerta erat.

612. ἑανοῦ κασσιτέροιο, ductili. v. Obſſ.

THE ITALIAN TAPESTRY

AND THE LIBRARY OF ANNE OF AUSTRIA

ANNE PARENTY

The new tapestry from Anne of Austria's library at the Louvre is a fine example of the Italian tapestry. It is a large piece, measuring 12 feet by 8 feet, and is woven in wool and silk. The design is a complex one, with a central figure surrounded by a border of flowers and fruit. The figure is a woman, probably Anne herself, dressed in a rich gown and holding a book. The border is filled with a variety of flowers and fruit, including roses, lilies, and grapes. The tapestry is in excellent condition, with only a few small repairs. It is a valuable addition to the collection of the Louvre.

facta excuſat, reatum in Aten coniicit, promittit eadem dona, quibus antea (Jl. J.) Achillem placare voluerat — 144. Omnis morae impatiens Achilles confeſtim in pugnam ruere mauult, — 153. Vlyſſes non niſi cibo ſumto copias educi poſſe docet; interea donis allatis publico inter Agamemnonem et Achillem res compoſitum iri. — 183. adiipulatur Agamemnon — 197. aegre aſſentitur Achilles, at cibum ſumere recuſat — 214. refellit eius dicta Vlyſſes — 237. Interea miſſi Neſtoris filii afferunt dona, ab Agamemnone promiſſa cum Briſeide; ipſe Agamemnon iureiurando fidem facit, intactam a ſe Briſeidem reddi — 268. Achillis iuſſu ad tentorium dona absportantur cum Briſeide: — 282. quae conſpecto Patrocli corpore lamenta mouet — 302. aduenium ſeniores Achivorum, Achillemque hortantur, vt cibo ſumto vires roboret; at ille pertinaciter ſe facturum negat, et in lamenta de Patrocli morte effunditur — 338. Cum verendum eſſet, ne impaſtus in pugnam proditurus Achilles viribus deficiat, miſſa a Ioue Minerua nectar et ambroſiam ei inſtillat — 356.

Interea corpore curato prodeunt agmina in aciem; ipſe Achilles ſe armat; equos iunctos affatus hortatur, vt videant, ne niſi ſe ſaluo et incolumi in caſtra redeant; reſpondet alter ex iis Xanthus, non ſua culpa factum eſſe, vt Patroclus caeſus caderet; ſimile tamen fatum ipſum Achillem manere — 417. quod Achilles profitetur ſe haud curare, dummodo Troianos vltus fuerit. ad f.

Deorum interuentus eſt primo Thetidis, quae arma apportat, et nectare et ambroſia inſtillata Patrocli corpus a corruptione ſeruat 1 — 39 tum Mineruae a Ioue miſſae, vt Achillis omnem cibum detrectantis vires pari modo nectare et ambroſia inſtillata recreet. 340 — 356. Nam episodium de Ate 95 — 133 a Ioue ex Olympo deturbata non ad ipſam actionem Iliadis ſpectat.

Digitized by Google

Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων
ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσιν·
ἡ δ' ἐς νῆας ἵκανε, θεοῦ πάρα δῶρα φέρουσα·
εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον ὃν φίλον υἱὸν,
κλαίοντα λιγέως· πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
μύρονθ'. ἡ δ' ἐν τοῖσι παρίστατο δῖα θεάων,
ἕν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε·

Τέκνον ἐμὸν, τοῦτον μὲν ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ,
κεῖσθαι, ἐπειδὴ πρῶτα θεῶν ἰότητι δαμάσθη·
τύνη δ' Ἡφαίστοιο πάρα κλυτὰ τεύχεα δέξο,
καλὰ μάλ', οἷ' οὔπω τις ἀνὴρ ὤμοισι φόρησεν.

Ὣς ἄρα φωνήσασα θεὰ κατὰ τεύχε' ἔθηκε
πρόσθεν Ἀχιλλῆος· τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα.
Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἔλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη
ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς

4 ΠΕΡΙΚΕΙΜΕΝΟΝ FON. v. Obſſ. 7 ΑΡΑ FOI ΦΤ ΧΕΙΡΙ ΓΕΠΟΣ 15 ΕΣΓΙΔΕΕΙΝ

1—18. Apportat orto die Thetis arma Vulcani ad Achillem; quorum adſpectu ille delectatur. — Vna autem nocte arma a deo facta eſſe puta.

2. ἀθανάτοισι, quia etiam in Olympo dies noctesque ſibi ſuccedunt, vt iam aliquoties vidimus. — 4. περικείμενον, vt ἀμφιχυθείς, περιφὺς, de amplexu.

9. ἐπειδὴ πρῶτα cum ſcholiaſte v. Obſſ. — 13. τὰ δ' ἀνέβραχε πάντα. cum in terram reponerentur, reſonabant. δαίδαλα. epitheton pro voce primaria, vel cum vellet dicere τὰ δὲ τεύχεα δαίδαλα, vel quod vſus erat τὰ δαίδαλα dicere ſimpl. pro opere arte facto; ſic et 19.

14. Myrmidones contremiſcunt primum fragore audito, tum fulgore armorum repente oculos praeſtringente. Magnifice haec in maius aucta. — 15. Achilles

ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος· ἐν δέ οἱ ὄσσε
δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων, ὡσεὶ σέλας, ἐξεφάανθεν·
τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα.
αὐτὰρ ἐπεὶ φρεσὶν ἧσι τεταίρπετο, δαίδαλα λεύσσων,
αὐτίκα μητέρα ἣν ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Μῆτερ ἐμή, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν, οἷ' ἐπιεικὲς
ἔργ' ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι.
νῦν δ' ἦτοι μὲν ἐγὼ θωρήξομαι· ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς
δείδω, μή μοι τόφρα Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν
μυῖαι, καδδῦσαι κατὰ χαλκοτύπους ὠτειλάς,
εὐλὰς ἐγγείνωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρόν·

16 ΓΕΙΔ — ΔΕ ΓΟΙ 19 ΦΡΕΣΙ ΓΗΙΣΙ vulg. Φρεσὶν ἧσιν ἐτάρπετο. 20 ΜΗΤΕΡΑ ΓΗΝ ΓΕΠΕΑ 21 ΕΠΙΓΕΙΚΕΣ 22 ΓΕΡΓ 26 ΑΓΕΙΚΙΣΣΩΣΙ

ira incenditur multo magis re Patrocli incolumi ſeruando ex adſpectu, praeclare: ſcilicet recordatione armorum Patroclo ademtorum, et vlciſcendi cupiditate.

19—39. Armorum adſpectu cupiditate pugnandi incenſus Achilles a Patrocli corpore diſceſſurus de eo a corruptione vindicando ſollicitus, a matre hac cura leuatur, et iubetur concione conuocata iram Agamemnoni remittere tumque in pugnam exire.

24. Cum Achilles ad pugnam feſtinaturus eſt, neceſſario et ipſi et poetae fuit cogitandum de corpodo a putredine, inprimis ſub illo caelo. Reperit aut excogitauit poeta modum conditurae ſimilem, v. mox ad 39. aut a legendis oſſibus petitum: nam Achillis oſſa lecta οἴνῳ ἐν ἀκράτῳ καὶ ἀλείφατι. Od. Ω, 73. Nullus in his eſt commentis multorum locus; res aperta per ſe. Sic inf. Ψ, 186. Hectoris cadauer vnguento ſeruatur: Venus ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ, Ἀμβροσίῳ, — 25. 26. vermes pullulant ex muſcarum ouulis, quae tamen veteres non memorant, ſed: ἐντί-

ἐκ δ' αἰὼν πέφαται· κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπήῃ.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα·
τέκνον, μή τοι ταῦτα μετὰ Φρεσὶ σῇσι μελόντων·
τῷ μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκεῖν ἄγρια Φῦλα
μυίας, αἵ ῥά τε Φῶτας ἀρηιφάτους κατέδουσιν.
ἢν περ γὰρ κῆταί γε τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν,
αἰεὶ τῷδ' ἔσται χρὼς ἔμπεδος, ἢ καὶ ἀρείων.
ἀλλὰ σύ γ' εἰς ἀγορὴν καλέσας ἥρωας Ἀχαιοὺς,
μῆνιν ἀποειπὼν Ἀγαμέμνονι, ποιμένι λαῶν,
αἶψα μάλ' ἐς πόλεμον θωρήσσεο, δύσεο δ' ἀλκήν.
Ὣς ἄρα φωνήσασα, μένος πολυθαρσὲς ἐνῆκε·
Πατρόκλῳ δ' αὖτ' ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν

27 Vulg. σαπείη. 32 Vulg. κεῖται. 35 ΑΠΟΕΙΠΩΝ

ντουσί τι αἱ μυῖαι. — 27. 283 erat Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον. — 36. δύσεο δ' ἀλκήν. iam aliquoties vſum τοῦ δύεσθαι, δύσεσθαι, vidimus; vt *indui* dicantur, quae ſumuntur, adhibentur, exſeruntur. *et vtere virtute tua. exere virtutem.* — 37. μένος ἐνῆκε, quod ſolent facere dii, modo non ſemper declarato, alibi afflatu, interdum tactu. vt ſup. N, 59 vbi v. — 38. ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐρυθρόν. A numine petitum eſt remedium, quod vulgari vſu erat parandum antiſepticis odoribus. Vnguentum eſſe ἀμβροσίην h. l. ma-

Digitized by Google

στάξε κατὰ ῥινῶν, ἵνα οἱ χρὼς ἔμπεδος εἴη.

Αὐταὶρ ὁ βῆ παρὰ θῖνα θαλάσσης δῖος Ἀχιλλεύς,
σμερδαλέα ἰάχων, ὤρσε δ' ἥρωας Ἀχαιούς·
καί ῥ', οἵπερ τὸ πάρος γε νεῶν ἐν ἀγῶνι μένεσκον,
οἵ τε κυβερνῆται, καὶ ἔχον οἰήϊα νηῶν,
καὶ ταμίαι παρὰ νηυσὶν ἔσαν, σίτοιο δοτῆρες·
καὶ μὴν οἱ τότε γ' εἰς ἀγορὴν ἴσαν, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς
ἐξεφάνη, δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτ' ἀλεγεινῆς.
τὼ δὲ δύω σκάζοντε βάτην Ἄρεος θεράποντε,
Τυδείδης τε μενεπτόλεμος, καὶ δῖος Ὀδυσσεύς,
ἔγχει ἐρειδομένω· ἔτι γὰρ ἔχον ἕλκεα λυγρά·
καὶδ δὲ μετὰ πρώτῃ ἀγορῇ ἵζοντο κιόντες.

39 ΗΝΑ ΡΟΙ 41 ΣΜΕΡΔΑΛΕΑ ΓΙΑΧΩΝ

nifeſtum eſt: de quo cf. Excurſ. IX. ad lib. I. alte- rum *nectar* diis paratum eſſe tanquam vinum gene- roſius, eiusque notionem a vini inter mortales vſu pe- titam eſſe, apparet ex epi- theto ἐρυθρόν. Nam hoc vini genere maxime vſi erant antiquiores Graeci. Norant iidem vim eius ad- ſtringentem et antiſepticam: de qua h. l. cogitaſſe vi- dentur.

40—54. Achilles conuo- cat Achiuos non praeconis, ſed ſua voce: re noua per- culſi omnis multitudo ac- currit.

41. παρὰ θῖνα, inde a Sigeo, in dextro cornu, procedit in medium caſtro- rum, in quo ἀγορὰ erat; id- eoque incedit *ſecundum lit- tus*. cf. Θ, 223.

42—44. Nondum remi- ges et milites diuerſi erant ordinis; ſed heroes ipſi re- migabant; at gubernatores et qui penum victumque curabant extra pugnantium numerum fuiſſe videmus.

44. Conſtituti ergo in ex- ercitu fuere certi homines ad distribuendum victum.

50. μετὰ πρώτῃ ἀγορῇ ἵζοντο in primis ſedibus tan-

Digitized by Google

αὐτὰρ ὁ δεύτατος ἦλθεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
ἕλκος ἔχων· καὶ γὰρ τὸν ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
οὖτα Κόων Ἀντηνορίδης χαλκήρει δουρί.
αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντες ἀολλίσθησαν Ἀχαιοί,
τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
Ἀτρεΐδη, ἦ ἄρ τι τόδ' ἀμφοτέροισιν ἄρειον
ἔπλετο, σοὶ καὶ ἐμοί· ὅτε νῶϊ περ, ἀχνυμένω κῆρ,
θυμοβόρῳ ἔριδι μενεήναμεν, εἵνεκα κούρης.
τὴν ὄφελ' ἐν νήεσσι κατακτάμεν Ἄρτεμις ἰῷ,
ἤματι τῷ, ὅτ' ἐγὼν ἑλόμην Λυρνησσὸν ὀλέσσας·

51 ΗΛΘΕ ΦΑΝΑΞ

quam principes. — 53. Coon vulnerauerat Agamemnonem sup. Λ, 251. Diomeden Paris sagitta Λ, 376 et Vlyssem Socus Λ, 436 sq.

55—73. Inde Achilles ad dicendum surgit, et Agamemnoni omnem simultatem se abdicare profitetur, tum vt pugna fiat hortatur. Oratio homine generosae indolis digna, qui ira semel discussa iniuriae acceptae facile obliuiscitur.

56. ἦ ἄρ τι τόδ' ἀμφοτέροισιν ἄρειον ἔπλετο. est ellipsis τοῦ· *si nunquam in hanc contentionem descendissemus*, τότε, ὅτε νῶϊ περ etc. v. Obss. — 57. ἀχνυμένω κῆρ, dolentes alter repetita Chryseide, alter erepta Briseide.

58. ἔριδι μενεήναμεν, ὠργιζόμεθα. cum dilectu verborum, etiam θυμοβόρῳ ἔριδι, *animum vexante*, vt iam H, 210. — 59. Iterum a Dianae sagittis repetita mors violenta et iusto maturior: quae obseruatio nunc inter vulgares habetur. Quod autem Achilles nunc in votis habet, Briseidem, quam tamen amabat, morte abreptam fuisse, ad hominum rudium ingenium et affectus mobilitatem spectat. — 60. Lyrnesso capta Briseis abducta: vt vidimus B, 690. erat vna ex XI vrbibus Troadis ab Achille euersis.

Digitized by

τῷ κ' οὐ τόσσοι Ἀχαιοὶ ἐδαίξ ἕλον ἄσπετον οὖδας
δυσμενέων ὑπὸ χερσὶν, ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος.
Ἕκτορι μὲν καὶ Τρωσὶ τὸ κέρδιον· αὐτὰρ Ἀχαιοὺς
δηρὸν ἐμῆς καὶ σῆς ἔριδος μνήσεσθαι οἴω.
ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, 65
θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλον δαμάσαντες ἀνάγκῃ.
νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παύω χόλον, οὐδέ τί με χρὴ
ἀσκελέως αἰεὶ μενεαινέμεν· ἀλλ' ἄγε θᾶσσον
ὄτρυνον πόλεμόνδε καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς,
ὄφρ' ἔτι καὶ Τρώων πειρήσομαι ἀντίον ἐλθὼν, 70
αἴ κ' ἐθέλωσ' ἐπὶ νηυσὶν ἰαύειν· ἀλλά τιν' οἴω
ἀσπασίως αὐτῶν γόνυ κάμψειν, ὅς κε φύγῃσι
δηίου ἐκ πολέμοιο ὑπ' ἔγχεος ἠμετέροιο.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δὲ χάρησαν ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ,

70 Vulg. ἀντίος 74 Vulg. οἱ δ' ἐχάρησαν

— 62. ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος nunc eſt *in ira perſeuerante me.* — 66. ἀνάγκῃ l. inuiti l. rebus ſic exigentibus l. omnibus viribus, dolorem comprimendo. — 67. 68. οὐδέ τί χρὴ, ἀσκελέως αἰεὶ ἐμὲ μενεαινέμεν. Nunc χρὴ pro εἰκός ἐστι *conſentaneum, rectum, decorum.* ἀσπελέως, *indeſinenter, continuo, ſine fine.*

71. ἰαύειν aut nunc ſimpl. *manere* aut alia nocte iterum pernoctare; et τινὰ pro πολλούς. *ante vallum,* ἐπὶ νηυσίν. — 72. γόνυ κάμψειν, conſidere et ſe e fuga recipere. Puto fore qui ſaluos ſe ex pugna euaſiſſe laetentur.

74—144. Excipit Achillem Agamemnon longa oratione, eaque prorſus ad priſcorum hominum ſenſum ac morem compoſita. Primo vt ſe patienter audiant, rogat; tum iracundiae ſuae ſiultitiam fatetur, ſed culpam a ſe auertit in fatalem aliquam neceſſitatem, qua ita fieri debuerit, et qua ipſi dii adducantur vt inuiti faciant aliquid mox

Digitized by Google

μῆνιν ἀπειπόντος μεγαθύμου Πηλείωνος. 75
τοῖσι δὲ καὶ μετέειπεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
αὐτόθεν ἐξ ἕδρης, οὐδ' ἐν μέσσοισιν ἀναστάς·
Ὦ φίλοι, ἥρωες Δαναοί, θεράποντες Ἄρηος,
ἑσταότος μὲν καλὸν ἀκουέμεν, οὐδὲ ἔοικεν
ὑββάλλειν· χαλεπὸν γάρ, ἐπισταμένόν περ ἐόντα. 80
ἀνδρῶν δ' ἐν πολλῷ ὁμάδῳ πῶς κέν τις ἀκούσαι,

76 ΜΕΤΕΓΕΙΠΕ ΓΑΝΑΞ 79 ΟΥΔΕ ΓΕΓΟΙΚΕ

exitiosum futurum; appellat hanc *Aten*, et de ea disserit more veterum hominum, vt in personam mutet, et praedicata in factum vertat, adeoque mythum enarret: quem mox videbimus. Inde, 134. se stultitiae dudum poenituisse et nunc pro iniuria satisfacere et muneribus placare velle Achillem pronuntiat.

78—82. *Audite me dicentem, nec interpellate me. Est enim molesta res dicenti, si interpelletur strepitu tumultuantium, etiamsi sit bonus orator.* Scilicet veretur Agamemnon tumultum Achiuorum pervicaciam eius accusantium, et tot fortissimorum virorum caedes et vulnera exprobrantium; forte et metuentium, ne iterum noua expostulatione cum Achille iras redintegret. Viuidior fit rerum propositarum species, si concionem Agamemnone ad dicendum surgente commotam et tumultuantem ante oculos nobis ponamus; vt in dramatibus, quae legimus, hoc idem saepe faciendum est.

79. ἑσταότος simpliciter, dicentis; eius qui ad dicendum surgit. καλόν ἐστι, consentaneum, aequum est, ἔοικὸς, audire dicentem. οὐδὲ ἔοικεν, ἐοικός ἐστιν, ὑποβάλλειν, κραυγάζειν καὶ ὑποκρούεσθαι τὸν λόγον. non autem decet interpellare dicentem: quod faciebant forte aut facere poterant οἱ Φιλαχιλλεῖς, qui Achilli studebant, Agamemnoni ve-

Digitized by

ἢ εἴποι; βλάβεται δὲ, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής.
Πηλείδῃ μὲν ἐγὼν ἐνδείξομαι· αὐταὶρ οἱ ἄλλοι
σύνθεσθ', Ἀργεῖοι, μῦθόν τ' εὖ γνῶτε ἕκαστος.
πολλάκι δή μοι τοῦτον Ἀχαιοὶ μῦθον ἔειπον, 85
καί τέ με νεικείεσκον. ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι,
ἀλλὰ Ζεὺς, καὶ Μοῖρα, καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς,
οἵ τέ μοι εἰν ἀγορῇ Φρεσὶν ἔμβαλον ἄγριον ἄτην,
ἤματι τῷ, ὅτ' Ἀχιλλῆος γέρας αὐτὸς ἀπηύρων.

82 ΕΙΠΟΙ 84 ΓΝΩΤΕ ΕΚΑΣΤΟΣ 85 ΕΓΕΙΠΟΝ

ro iraſcebantur. — 82. βλάβεται, βλάπτεται λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής. et licet ſit orator ſonora voce inſtructus, non auditur, eoque non perſuadet, ſiue quod conturbatur, ſiue quod vox ſtrepitu obtunditur: pro hoc vetus poeta generali voce vtitur: noxam habet, h. e. ſucceſſum non habet. — 83. Πηλείδῃ μὲν ἐγὼ ἐνδείξομαι ſcil. τὸν λόγον. convertam verba ad Achillem. αὐταὶρ οἱ ἄλλοι. at vos ceteri, o Achiui, percipite et recte conſiderate ea, quae dicturus ſum.

85. πολλάκι δή μοι τοῦτον μῦθον. non eloquitur, quaenam haec dicta ſint: ſcil. obiurgantium eum, quod iniuria in Achillem et ira ac rixa intempeſtiua abalienauerat Achillem, huiusque ab armis diceſſu Achiuis tot ſtrages arceſſiuerat. Fuerat ex numero increpantium Neſtor: J, 104 ſq. — 87. ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι, ἀλλὰ Ζεύς. Bene ad morem hominum, culpam calide et ſtulte perpetratorum in fatalem aliquam neceſſitatem transferentium. Decantatum hoc in Tragicis, etiam in facinoribus perpetratis, vt Clytaemneſtra marito interfecto ad Oreſtem: ἡ Μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία. Aeſchyl. Choeph. 910. Ζεὺς, tanquam auctor omnium rerum, etiam fatalium. Μοῖρα, quae fata ordinat, alia cum Ioue, alia, quibus ipſe Iupiter tenetur. Ἐριν-

Digitized by Google

ἀλλά τί κε ῥέξαιμι; θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ 90
πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται,
οὐλομένη. τῇ μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὐδει
πίλναται· ἀλλ' ἄρα ἧγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει,
βλάπτουσ' ἀνθρώπους. κατὰ δ' οὖν ἕτερόν γε πέδησε.

90 Vulgo κεν ῥέξαιμι 92 Vulg. τῆς μὲν 93 legendum ἀλλ' ἄρα τή γε

νὺς, quae ἄτην vlciſcitur. — 88. ἅ τε μοι εἰν ἀγορῇ. haec reſpiciunt narrata A, 130 ſqq. ἔμβαλον ἄγριον ἄτην, quae mox in perſonam mutata procedit, nunc eſt ira et rixa qua occaecatus Achillem iniuria affecerat.

90. ἡ θεὰς πρέσβα, Διὸς θυγάτηρ, Ἄτη, διατελευτᾷ πάντα, διατελεῖ, ad effectum adducit, quae ipſa in fraudem hominum machinatur. De ſingulis v. Obſſ. ἣ πάντας ἀᾶται, βλάπτει praecipiti animi impetu ad calida et ſtolida conſilia impellit. — 92. 93. τῆς μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες. Eſt hoc memorabile ſpecimen ſermonis ſymbolici antiquiorum hominum, quo vti licet ad multa alia ſimilia illuſtranda. Sollertia ingenii ſe probat in abstractis, ac mente, non ſenſu, perceptis forma ac ſpecie ad ſenſus induendis. Ea ἄτη, quam paullo ante vidimus, noxa ac ſtultitia, nunc *dea* eſt, vt J, 500 ſq. (nec tamen facie prorſus eadem) eſt *Iouis filia*, vt ſolent ad Iouem omnia referri; contra Eridis filia eſt in Theog. 226. 230. alio reſpectu: quandoquidem ex animi affectu et impetu vecordiaque proficiſcitur ἄτη. Quae gentis et originis diuerſitas pro diuerſo conſilio a poetis admittitur. eſt πρέσβα, σεμνή, dea. ἣ πάντας ἀᾶται, *promiſcue omnes deos hominesque illo malo afficit, et in ſtultitiam ſaepe inicit, et* hactenus illa eſt *exitioſa*, οὐλομένη. Sequitur: 92. 93. *eam opprimere et inuadere homines inopinato;* quatenus animi affectu aliquo caeco ad ſtulta conſilia impellimur; haec dicta ſic: *illa habet pedes molles*, ſine ſtrepitu incedentes, et *corpus leue li-*

καὶ γὰρ δὴ νύ ποτε Ζῆν' ἄσατο, τόν περ ἄριστον 95
ἀνδρῶν ἠδὲ θεῶν φάσ' ἔμμεναι, ἀλλ' ἄρα καὶ τὸν

95 al. ἄσσατο

brat, et euolat ſupra hominum capita alis ſuſpenſa; ita vt inuolare aliquem et opprimere incautum poſſit.

94. 95. κατὰ δ' οὖν ἕτερόν γε πέδησε. καταπεδᾷ. κατεπέδησε δὲ καὶ ἕτερόν γε (ἢ καὶ νῷϊ) καὶ γὰρ δὴ — *ipſum enim Iouem ea in fraudem et malum induxit*, ἄσατο, dum ille incaute eſt elocutus iurauitque, illectus fraude et dolo *Iunonis* perſuadentis ei, vt iuraret; tribuitur hoc *Atae*, quia ſtoliditati ſuae Iupiter vtrumque imputare debuit; dumque ille mox poenitentia et pudore tenebatur, indignatione motus Aten de caelo praecipitauit. 125. 6. Monui haec, vt perſpiciatur hominum priſcorum ratio excogitandi ſymbolice dicta, et cum his mythos huius generis ſtruendi.

96. Locus conſpicuus ex mythologia, de Hercule, et tractatus haud dubie ἐν Ἡρακλείαις, ad reddendam cauſſam probabilem, cur Hercules fortiſſimus, et Iove natus imperio Euryſthei ignaui hominis paruerit et iuſſos ab eo labores ſuſceperit. Fundus mythi eſt hiſtoricus, hoc eſt, verus rerum euentus. Mycenis a Perſeo conditis regnabat Electryon, vnus ex Perſei filiis, pater Alcmenae, quam duxerat Amphitruo, natus ex Alcaeo, alio Perſei filio. Is Electryone patruo caeſo exulatum abierat Thebas; itaque occupauit regnum alter filius Perſei, Sthenelus; cui ſucceſſit Euryſtheus filius, aequalis ille aetate Herculi, niſi quod Euryſtheus praematuro partu editus vno vel altero menſe Herculem anteuerterat. Parendum itaque fuit Herculi iuſſis Euryſthei, qui regnum Mycenarum tenebat, priuatus regi. Heraclidae quoque regno Mycenarum excluſi non niſi multis aetatibus ſerius Peloponneſum occuparunt. Etſi enim poſt Herculis mor-

Digitized by Google

Ἥρη, θῆλυς ἐοῦσα, δολοφροσύνῃς ἀπάτησεν
ἤματι τῷ, ὅτ' ἔμελλε βίην Ἡρακληείην
Ἀλκμήνη τέξεσθαι ἐϋστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ.
ἦτοι ὄγ' εὐχόμενος μετέφη πάντεσσι θεοῖσι·
Κέκλυτέ μευ, πάντες τε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι,
ὄφρ' εἴπω, τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀνώγει·
σήμερον ἄνδρα φόωσδε μογοστόκος Εἰλείθυια

102 ΟΦΡ ΕΙΠΩ. v. Obſſ.

tem Euryſtheum, a quo bello petiti fuerant, ad Marathonem victum interfecerant, Hyllus tamen peſte Peloponneſum vaſtante a Mycenis adeundis retractus eſt; quas occupauit Atreus a Pelope oriundus, poſt eum Agamemnon, Oreſtes, Penthilus, ſub cuius mortem Heraclidae cum Doribus Peloponneſum occuparunt. Mythica narratio ad numen infeſtum Iunonis cauſſas horum caſuum retulit; odia in pellicem Alcmenam et Herculem in ipſo partu illa exercuit.

99. ἐϋστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ. Sunt Thebae a muris et a ſeptem portis ſaepe commendatae. — 100. Alcmena iam partui vicina Iupiter, fatorum gnarus, praedixerat, eo die mortalem ex ſe ortum in lucem proditurum eſſe, qui Mycenis regnaret; Iuno, euge, inquit, iura hoc. Iurauit ille ſtolide. Tum Iuno, quae norat Stheneli coniugem vtero ferre filium, aduolauit Argos, eiusque partum maturauit, retardato partu Alcmenae. Ita Euryſtheus prior natus Hercule. Narrat ex Homero Apollod. II, 4, 5. p. 103. Latebat fraus in Iouis verbis obſcuris, quae videntur ex priſco ſermone ſeruata eſſe; volebat ille declarare aliquem ex ſe procreatum filium; at ille vtitur voce generaliore: naſciturum eſſe aliquem e ſuo ſanguine: v. mox vſ. 105 et 111. — 103. μογοστόκος Εἰλείθυια labores partus leuans. v. ad Λ, 270.

ἐκφανεῖ, ὅς πάντεσσι περικτιόνεσσιν ἀνάξει,
τῶν ἀνδρῶν, γενεῆς οἵθ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσι.
Τὸν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα πότνια Ἥρη·
ψευστήσεις, οὐδ' αὖτε τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις.
ἀλλ' ἄγε, νῦν μοι ὄμοσσον, Ὀλύμπιε, καρτερὸν ὅρκον,
ἦ μὴν τὸν πάντεσσι περικτιόνεσσιν ἀνάξειν,
ὅς κεν ἐπ' ἤματι τῷδε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικὸς
τῶν ἀνδρῶν, οἳ σῆς ἐξ αἵματός εἰσι γενέθλης.
Ὣς ἔφατο· Ζεὺς δ' οὔτι δολοφροσύνην ἐνόησεν,

104 ΠΕΡΙΚΤΙΟΝΕΣΣΙ FANAΞΕΙ 106 ΠΟΤΝΙΑ FΗΡΗ 109 ΠΕΡΙΚΤΙΟΝΕΣΣΙ FANAΞΕΙΝ

105. τῶν ἀνδρῶν γενεῆς. Obſcura haec, vt dixi, ex antiquo ſermone ſeruata. Primo totus locus ſic eſt conſtituendus: σήμερον Ilithyia ἐκφανεῖ Φόωσδε ἄνδρα τῶν ἀνδρῶν γενεῆς. in lucem producet partu, quod inf. vſ. 118 προεξάγειν Φόωσδε, ſeu εἰς Φῶς. Porro, ἄνδρα τῶν ἀνδρῶν pro τινὰ τῶν ἀνδρῶν. Iam duplex eſt ſe poteſt iunctura: vel vt ἀνδρῶν γενεῆς, interpungatur, vt ſit: ἄνδρα γενεῆς ex ſtirpe, progenie illorum, τῶν ἀνδρῶν, (h. e. τούτων,) οἵτε (pro οἵ) εἰσὶν ἐξ αἵματος ἐμεῦ, vel vt veteres voluere, οἵ εἰσιν αἵματος ἐξ ἐμεῦ, qui, ſanguine, ſunt ex me. vel interpungi potest: τῶν ἀνδρῶν, γενεῆς οἵθ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσιν. vt iunctura ſit: οἵ τε (κατὰ) γενεῆς, εἰσὶν αἵματος ἐξ ἐμεῦ. qui ſtirpe, (quod ad ſtirpem attinet) ſunt ſanguine ex me (prognati). Haec, etſi durior, videtur antiquior fuiſſe acceptio.

Nunc vero aliam difficultatem faciunt verba Iouis a Iunone repetita vſ. 111. τῶν ἀνδρῶν, οἳ σῆς ἐξ αἵματός εἰσι γενέθλης. quae cum priore iunctura et ratione, vt poſt τῶν ἀνδρῶν γενεῆς interpungatur, prorſus non conueniunt. Per ſe ſententia eſt: οἵ εἰσιν ἐξ αἵματος σῆς γενέθλης. Sed mirum in his eſt αἷμα γενέθλης. et verba vſ. 105

Digitized by Google

ἀλλ' ὄμοσε μέγαν ὅρκον, ἔπειτα δὲ πολλὸν ἀάσθη·
Ἥρη δ' αἶξασα λίπε ξίον Οὐλύμποιο,
καρπαλίμως δ' ἵκετ' Ἄργος Ἀχαιϊκὸν, ἔνθ' ἄρα ἤδη
ἰφθίμην ἄλοχον Σθενέλου Περσηϊάδαο·
ἡ δὲ κύει Φίλον υἱὸν, ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μείς.
ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ Φόωσδε, καὶ ἡλιτόμηνον ἐόντα·
Ἀλκμήνης δ' ἀπέπαυσε τόκον, σχέθε δ' Εἰλειθυίας.

114 ΓΗΡΗ 115 ΕΝΘ ΑΡΑ ΓΗΙΔΗ 117 Vulg. ὁ δ' ἐκύει

poſtulabant αἵματος ἔκ σευ, eſt ipſa vrbs, neceſſe eſt Sthenelum cum Mycenis Argos quoque tenuiſſe; poteſt tamen eſſe pro Argolide, vt iam B, 108. I, 141. vidimus. v. ad B, 684. — 116. Sthenelus Perſei f. ex Andromeda v. Apollod. II, 4, 5. p. 102. 3. — 117. ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μείς. *erat.* Fuit igitur iam Homerica aetate hic vſus vocis ἵστασθαι, qui ſerius in μηνὸς ἱσταμένου, de menſe in curſu, ſeu decurſu, eſt. Diſertius hoc videmus Od. Ξ, 162 et T, 519. — 118. ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ Φόωσδε. προεξήγαγεν εἰς φῶς, ἐξῆγεν. v. Obſſ. καὶ, καίπερ ὄντα, ἡλιτόμηνον, τὸν ἁλιτοῦντα (κατὰ) μηνῶν, deficientem iuſto menſium numero, ἄωρον. — 119. σχέθε δ' Εἰλειθυίας, deas cohibuit,

σευ. et οἵτε εἰσὶ γενέθλης, quod antea erat γενεῆς. Latere ergo videtur vitium in σῆς. v. Obſſ. Si σευ legitur, confecta eſt res: οἵ (κατὰ) γενέθλης, εἰσὶν αἵματος ἔκ σευ.

113. πολλὸν ἀάσθη, ἐβλάφθη et animo, dum ſtolide egit, et, euentu, dum magna noxa affectus eſt; et quandoquidem factum eſt per fraudem, accipi potuit pro ἠπατήθη. Iupiter de Hercule cogitabat, at Iuno de Euryſtheo, qui non quidem ex ipſo Ioue erat prognatus, genus tamen ducebat a Ioue, progenitore Perſidarum; nam e Ioue et Danae natus Perſeus, e Perſeo Sthenelus, Euryſthei pater.

115. Ἄργος Ἀχαιϊκόν. Si

αὐτὴ δ' ἀγγελέουσα, Διὰ Κρονίωνα προσηύδα·
Ζεῦ πάτερ, ἀργικέραυνε, ἔπος τί τοι ἐν Φρεσὶ θήσω·
ἤδη ἀνὴρ γέγον' ἐσθλὸς, ὃς Ἀργείοισιν ἀνάξει,
Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηιάδαο,
σὸν γένος· οὔ οἱ ἀεικὲς ἀνασσέμεν Ἀργείοισιν.
Ὡς φάτο· τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαρύνας.
αὐτίκα δ' εἴλ' Ἄτην κεφαλῆς λιπαροπλοκάμοιο, [θεῖαν.
χωόμενος Φρεσὶν ᾗσι, καὶ ὤμοσε καρτερὸν ὅρκον,
μήποτ' ἐς Οὔλυμπόν τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
αὖτις ἐλεύσεσθαι Ἄτην, ἣ πάντας ἀᾶται.
Ὡς εἰπὼν, ἔρριψεν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
χειρὶ περιστρέψας· τάχα δ' ἵκετο ἔργ' ἀνθρώπων.
τὴν αἰεὶ στενάχεσχ', ὅθ' ἑὸν φίλον υἱὸν ὁρῴτο

121 ΑΡΓΙΚΕΡΑΤΝΕ ΓΕΠΟΣ 122 ΑΡΓΕΙΟΙΣΙ ΓΑΝΑΞΕΙ 124 ΟΤ ΓΟΙ ΑΓΕΙΚΕΣ ΓΑΝΑΣΣΕΜΕΝ v. Obſſ. 127 ΦΡΕΣΙ ΓΗΙΣΙ 130 ΓΕΙΠΩΝ 131 ΗΙΚΕΤΟ ΓΕΡΓ 132 ΗΟΤΕ ΓΟΝ

quominus Alcmenae partum maturum educerent in lucem.

121. Iupiter, narrabo tibi aliquid, quod factum eſt; ἔπος pro euento. ἐνθέσθαι τι ταῖς Φρεσὶν, vt ἐμβάλλειν, ἐμβάλλεσθαι. animo ſeu ſuo ſeu alterius mandare. — 124. σὸν γένος, ortu a Perſeo ſcilicet: v. modo ad vſ. 113. οὔ οἱ ἀεικές. οὐκ ἀεικές ἐστιν, αὐτὸν ἀνάσσειν Ἀργείοις. dignus ille eſt, qui Arginis imperet, cum ex te genus ducat.

125. ἄχος ἔτυψεν αὐτὸν κατὰ φρένα, ἔπληξε. Vſitatius καταπλήσσειν, ἐκπλήσσειν. — 126. Manu prehenſis capillis Aten Olympo proturbauit. Habemus ita iterum Iouem ῥιπτάζοντα κατὰ δῶμα, vt videramus eum Ξ, 257. more iratorum hominum. — 131. ταχέως κατέπεσεν εἰς γῆν.

132. τὴν, h. διὰ ταύτην τὴν Ἄτην. vt vulgari vſu di-

Digitized by Google

ἔργον ἀεικὲς ἔχοντα ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων.

Ὣς καὶ ἐγών, ὅτε δ' αὖτε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ
Ἀργείους ὤλεσκεν ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσιν,
οὐ δυνάμην λελαθέσθ' ἄτης, ἣ πρῶτον ἀάσθην.
ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην, καί μευ Φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
ἄψ ἐθέλω ἀρέσαι, δόμεναί τ' ἀπερείσι' ἄποινα.
ἀλλ' ὄρσευ πόλεμόνδε, καὶ ἄλλους ὄρνυθι λαούς·
δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε πάντα παρασχεῖν, ὅσσα τοι ἐλθὼν
χθιζὸς ἐνὶ κλισίῃσιν ὑπέσχετο δῖος Ὀδυσσεύς.
εἰ δ' ἐθέλεις, ἐπίμεινον, ἐπειγόμενός περ ἄρηος·
δῶρα δέ τοι θεράποντες, ἐμῆς παρὰ νηὸς ἑλόντες,
εἴσουσ', ὄφρα ἴδῃαι, ὅ τοι μενοεικέα δώσω.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·

133 ΕΡΓΟΝ ΑΕΙΚΕΣ 135 Vulg. ὀλέσκεν 139 ΟΦΡΑ ΙΔΗΑΙ et ΜΕΝΟΕΙΚΕΑ

cimur στενάχειν τινὰ, gemere aliquid. — 133. ἔργον ἀεικὲς ἔχοντα. debet h. l. ἔργον ἔχειν esse pro πόνον ἔχειν, πονεῖσθαι. aerumnam tolerare, ὑπ' ἀέθλων Εὐρυσθέως. v. Obss. — 134. ὅτε δ' αὖτε. nullam vim habet. οὕτω καὶ ἐγὼ αὖτε, postea, ὅτε Ἕκτωρ. — 136. οὐ δυνάμην λελαθέσθ' ἄτης. respiciunt vs. 132. τὴν, αἰεί στενάχεσκε Iupiter. ita et ego semper recordabar stultitiae, qua primum abreptus fueram, vt Achillem ab Achiuorum causa et armis abalienarem. — 137. ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην, ἀσάμην, ἄσα, quandoquidem stolide egi. docet hoc quoque quod adiectum est, καί μευ Φρένας ἐξέλετο Ζεύς. — 140. δῶρα δ' ἐγὼ ὅδε πάντα παρασχεῖν. ἐγὼ ὅδε, ego ille scil. πάρειμι. ἕτοιμός εἰμι, ὥστε παρασχεῖν. v. Obss. — 141. ὅσσα τοι ἐλθὼν respiciunt legationem Il. I, 262 sqq.

145—153. Achilles munera quidem non aspernatur; ante omnia tamen pugnam iubet parari.

Digitized by Google

Ἀτρεΐδη, κύδιστε, ἄναξ ἀνδρῶν, Ἀγάμεμνον, 146
δῶρα μὲν αἴ κ' ἐθέλῃσθα παρασχέμεν, ὡς ἐπιεικὲς,
ἧτ' ἐχέμεν, παρά σοι· νῦν δὲ μνησώμεθα χάρμης
αἶψα μάλ'· οὐ γὰρ χρὴ κλοτοπεύειν ἐνθάδ' ἐόντας,
οὐδὲ διατρίβειν· ἔτι γὰρ μέγα ἔργον ἄρεκτον· 150
ὥς κέ τις αὖτ' Ἀχιλῆα μετὰ πρώτοισιν ἴδηται
ἔγχεϊ χαλκείῳ Τρώων ὀλέκοντα Φάλαγγας.
ὧδε τις ὑμείων μεμνημένος ἀνδρὶ μαχέσθω.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
μηδ' οὕτως, ἀγαθός περ ἐών, θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, 155

146 ΚΤΔΙΣΤΕ ΓΑΝΑΞ 147 ΕΠΙΓΕΙΚΕΣ 150
ΜΕΓΑ ΓΕΡΓΟΝ 151 ΠΡΩΤΟΙΣΙ ΓΙΔΗΤΑΙ
153 Vulg. ὡς δέ τις 165 ΘΕΟΓΕΙΚΕΛ

147. παρά σοι (ἐστὶ) παρασχεῖν τὰ δῶρα, ὡς ἐπιεικές ἐστιν, ἧτ' ἐχέμεν αὐτά. v. Obſſ. — 149. κλοτοπεύειν, ſubterfugere pugnam hic terendo tempus, ἐνθάδ' ἐόντας. v. Obſſ. — 150. reſtat enim adhuc magna res infecta, vt vlciſcar Hectorem. — 151. ὥς κε τις. ſeu vt aliquis, certus aliquis, cum reſpectu ad Hectorem, ſeu, omnino: vt, qui volet, videat. — 153. ὧδέ τις, οὕτως ἕκαστός τις ὑμῶν, veſtrum quisque, ad pugnam ſe accingito. ἀνδρὶ, cum adverſario quisque ſuo. μεμνημένος, ſcil. τοῦ μάχεσθαι. τῆς ἀρετῆς. τῆς ἀλκῆς, τῆς χάρμης. modo 148. forte ex feſtinatione omiſſum.

154—183. Vlyſſes Achillis impetum et feſtinationem reprimit; ante pugnam eandem neceſſe eſſe, vt Achiui corpora curent. Interea ſuadet primo, (vſ. 172) vt munera Agamemnonis Achilles in ſuum tentorium afferri patiatur, vtque Agamemnon iureiurando aſſeueret, nunquam ſe Briſeidis vſum habuiſſe; tum vero (178 ſq.) Agamemnonis epulis vt interſit et cibo ſe recreet Achilles. Tandem (vſ. 180) Agamemnoni bene conſulit in poſterum.

Digitized by Google

νήστιας ὄτρυνε προτὶ Ἴλιον υἷας Ἀχαιῶν
Τρωσὶ μαχησομένους· ἐπεὶ οὐκ ὀλίγον χρόνον ἔσται
Φύλοπις, εὖτ' ἂν πρῶτον ὁμιλήσωσι Φάλαγγες
ἀνδρῶν, ἐν δὲ θεὸς πνεύσῃ μένος ἀμφοτέροισιν·
ἀλλὰ πάσασθαι ἄνωχθι θοῇς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιοὺς 160
σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.
οὐ γὰρ ἀνὴρ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
ἄκμηνος σίτοιο δυνήσεται ἄντα μάχεσθαι.
εἴπερ γὰρ θυμῷ γε μενοινάᾳ πολεμίζειν,
ἀλλά τε λάθρῃ γυῖα βαρύνεται, ἠδὲ κιχάνει 165
δίψα τε καὶ λιμὸς, βλάβεται δέ τε γούνατ' ἰόντι.
ὃς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς
ἀνδράσι δυσμενέεσσι παναμέριος πολεμίζῃ,
θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ ἐνὶ Φρεσὶν, οὐδέ τι γυῖα
πρὶν κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο. 170

156 ΠΡΟΤΙ ΓΙΛΙΟΝ 161 FOINOÏO 167 FOINOIO 168 Vulg. πολεμίζει. 169 NT FOI

158. εὖτ' ἂν πρῶτον. cum ſemel congreſſi fuerint. — 161. τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή. eo paratur robur et vires, reparantur vires ex nutritione. — 163. ἄκμηνος σίτοιο. ἄγευστος. cibi expers. ab ἄκμη, ἡ νηστεία. ἔνδεια. v. Obſſ. — 165. εἴπερ γὰρ προθυμεῖται μάχεσθαι, γυῖα βαρύνεται, membra grauantur, tardantur, feſſa ad motum et actum, deficientibus viribus. — 166. δίψα καὶ λιμὸς κιχάνει αὐτὸν, oppri. mit eum, καταλαμβάνει. βλάβεται δέ τε γούνατ' ἰόντι debilitantur; corpore viribus exhauſto, mox vſ. 170 κάμνει. noto loquendi more. H, 271 βλάψε δέ οἱ φίλα γούνατα. quod alias λύειν, λύεται γοῦνα. — 170. πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο, ὑποχωρῆσαι. pugna excedere, verbo, ille poſtre-

ἀλλ' ἄγε, λαὸν μὲν σκέδασον, καὶ δεῖπνον ἄνωχθι
ὄπλεσθαι· τὰ δὲ δῶρα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
οἰσέτω ἐς μέσσην ἀγορήν, ἵνα πάντες Ἀχαιοὶ
ἐφθαλμοῖσιν ἴδωσι, σὺ δὲ Φρεσσὶ σῇσιν ἰαν θῇς·
ὀμνυέτω δέ τοι ὅρκον, ἐν Ἀργείοισιν ἀναστὰς, 175
μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι, ἠδὲ μιγῆναι,
ᾗ θέμις ἐστὶν, ἄναξ, ἦτ' ἀνδρῶν ἤτε γυναικῶν·
καὶ δὲ σοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ Φρεσὶν ἵλαος ἔστω.
αὐτὰρ ἔπειτά σε δαιτὶ ἐνὶ κλισίῃς ἀρεσάσθω
πιείρῃ, ἵνα μή τι δίκης ἐπιδευὲς ἔχῃσθα. 180
Ἀτρεΐδη, σὺ δ' ἔπειτα δικαιότερος καὶ ἐπ' ἄλλῳ
ἔσσεαι. οὐ μὲν γάρ τι νεμεσσητὸν, βασιλῆα
ἄνδρ' ἀπαρέσσασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

172 ΔΩΡΑ FANAΞ 174 ΟΦΘΑΛΜΟΙΣΙ ΓΙΔΩΣΙ 177 ΕΣΤΙ FANAΞ

mus omnium pugna recedit. 171. λαὸν h. l. Myrmidones, quibus imperabat. σκέδασον, fac eos discedere in ſua tentoria: vt B, 398 ἀνστάντες δ' ὁρέοντο, κεδασθέντες κατὰ νῆας. ὅπλεσθαι δεῖπνον, ὁπλίζεσθαι. — 173. ἐς μέσσην ἀγορὴν, vt ſatisfiat Achilli pro iniuria publice, in conſpectu omnium Achiuorum in loco publico; — 177. nec congreſſum eſſe, vt vir cum muliere ſolet, v. ad I, 134. — 178. et tu ipſe te placabilem praebe, *tu placator.* — 179. ἀρεσάσθω σε δαιτὶ πιείρῃ *lautis epulis te excipito.* — 180. ἵνα μή τι δίκης ἐπιδευὲς ἔχῃσθα, μὴ δέῃ τινος τῶν δικαίων. *vt conſequaris omnia, quae, ad ſatisfaciendum tibi pro iniuria accepta, poſtulare iure poteras.* Cogitandum autem eſt de honore epularum, ad quas admittuntur a rege principes. — 181. ἐπ' ἄλλῳ, εἰς ἄλλους. — 183. ἀνδρ' ἀπαρέσσασθαι, placare, vt vulgo accipitur. Sententia itaque alia eſſe nequit quam haec: non in-

Digitized by Google

Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἄναξ ἀνδρῶν, Ἀγαμέμνων·
χαίρω σεῦ, Λαερτιάδη, τὸν μῦθον ἀκούσας·
ἐν μοίρῃ γὰρ πάντα δίκεο καὶ κατέλεξας·
ταῦτα δ' ἐγὼν ἐθέλω ὀμόσαι, κέλεται δέ με θυμὸς,
οὐδ' ἐπιορκήσω, πρὸς δαίμονος. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
μιμνέτω αὖθι τέως περ, ἐπειγόμενός περ ἄρηος,
μίμνετε δ' ἄλλοι πάντες ἀολλέες, ὄφρα κε δῶρα
ἐκ κλισίης ἔλθῃσι, καὶ ὅρκια πιστὰ τάμωμεν.
σοὶ δ' αὐτῷ τόδ' ἐγὼν ἐπιτέλλομαι, ἠδὲ κελεύω,
κρινάμενος κούρητας ἀριστῆας Παναχαιῶν,

184 ΠΡΟΣΕΦΕΙΠΕ FANAΞ 189 Vulg. τέως γε

digne ferenda res eſt, h. e. aequum eſt, ſatisfacere viro principi, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, ὀργίζηται, ſi quis prior exarſerit, eumque iniuria affecerit: quemadmodum Agamemnon prior abreptus ira laceſſierat Achillem. Ita ſententia per ſe bene habet; nullo tamen modo cum antecedentibus cohaeret. Nam haec requirunt, vt ſententia ſit: non enim indignandum eſt, virum principem alienari animo, ſi quis eum vltro laceſſierit; ergo ἀπαρέσσασθαι, δυσαρεστεῖν. v. Obſſ. Alterutrum igitur eſt ſtatuendum; aut hoc, noua vi vocem eſſe poſitam; aut prius, vt aliena a loco ſuo ſententia ſit.

184 — 197. Probat Agamemnon dicta Vlyſſis.

186. ἐν μοίρῃ. κατὰ μοῖραν. κατὰ τὸ δέον. — 187. 8. ὀμόσαι πρὸς δαίμονος. vt πρὸς Διός. — 189. ἐπειγόμενος περ ἄρηος h. e. μάχης ἕνεκα, vt ſup. 145. — 191. καὶ (ὄφρα) ὅρκια πιστὰ τάμωμεν, τάμω. *dum ego iurauero.* Nam ſolus Agamemnon iurat quod ſit 250. 257. Quia tamen res communis eſt cum Achille, et adducunt alii τὰ ὅρκια (σφαγεῖα) poterat dicere, *mactemus victimas.* — 193. κρινάμενος — ἐνεγκέμεν puta eſſe, σὺ ἐνεγκέμεν μέ-

δῶρα δ' ἐμῆς παρὰ νηὸς ἐνεγκέμεν, ὅσσ' Ἀχιλῆϊ
χθιζὸν ὑπέστημεν δώσειν, ἀγέμεν τε γυναῖκας. 195
Ταλθύβιος δέ μοι ὦκα κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν
κάπρον ἑτοιμασάτω ταμέειν Διΐ τ', Ἠελίῳ τε.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλ.
Ἀτρεΐδη, κύδιστε, ἄναξ ἀνδρῶν, Ἀγαέμνον, [λεύς'
ἄλλοτέ περ καὶ μᾶλλον ὀφέλλετε ταῦτα πένεσθαι,
ὁππότε τις μετὰ παυσωλὴ πολέμοιο γένηται, 201
καὶ μένος οὐ τόσον ἦσιν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσι·
νῦν δ' οἱ μὲν κέαται δεδαϊγμένοι, οὓς ἐδάμασσεν
Ἕκτωρ Πριαμίδης, ὅτε οἱ Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν·
ὑμεῖς δ' ἐς βρωτὺν ὀτρύνετον. ἦτ' ἂν ἔγωγε 205
νῦν μὲν ἀνώγοιμι πτολεμίζειν υἷας Ἀχαιῶν
νήστιας, ἀκμήνους, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
τεύξεσθαι μέγα δόρπον, ἐπὴν τισαίμεθα λώβην.
πρὶν δ' οὔπως ἂν ἔμοιγε φίλον κατὰ λαιμὸν ἰείη

194 Vulg. δῶρα ἐμῆς et ἐνεικέμεν 199 ΚΤΔΙΣΤΕ FANAΞ 201 Vulgo μεταπαυσωλή. 204 ΗΟΤΕ FOI

μνησο. — κούρητας, κούρους. v. Obſſ. — 195. χθιζὸν, vt ſup. 141 pro nudius tertius. — 197. ταμέειν pro *mactare*, στόμαχον ἀποταμεῖν.

198—214. Impatienter ferens omnem moram Achilles grauatur et recuſat cibum ſumere.

200. ὀφέλλετε *debetis*. pro, *conſentaneum erit vt paretis*. — At nunc alieno tempore id facitis 203. — 202. μένος τόσον *animus tam concitatus* vltionis cupidine et pugnandi ardore. — 205. ἦτ' ἂν ἔγωγε *ſane quidem ego, atqui ego, iam nunc malim* in pugnam educere, et pugna demum facta de cibo cogitare.

209. Antea autem, (niſi hoc facto) *ego vtique cibum non ſumam*. Sic et

οὐ πόσις, οὐδὲ βρῶσις, ἑταίρου τεθνειῶτος, 210
ὅς μοι ἐνὶ κλισίῃ δεδαϊγμένος ὀξέϊ χαλκῷ
κεῖται, ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος, ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
μύρονται. τό μοι οὔ τι μετὰ φρεσὶ ταῦτα μέμηλεν,
ἀλλὰ φόνος τε, καὶ αἷμα, καὶ ἀργαλέος στόνος ἀνδρῶν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
ὦ Ἀχιλεῦ, Πηλέος υἱὲ, μέγα φέρτατ' Ἀχαιῶν, 216
χρείσσων εἰς ἐμέθεν καὶ φέρτερος οὐκ ὀλίγον περ
ἔγχει, ἐγὼ δέ κε σεῖο νοήματί γε προβαλοίμην
πολλόν· ἐπεὶ πρότερος γενόμην, καὶ πλείονα οἶδα·
τῷ τοι ἐπιτλήτω κραδίη μύθοισιν ἐμοῖσιν. 220
αἶψά τε φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνθρώποισιν,

216 Vulg. Πηλέως 219 ΠΛΕΙΟΝΑ ΓΟΙΔΑ

306. non deſcendat cibus in meas fauces. vt ap. Horat. Epod. 2 *non Afra auis deſcendat in ventrem meum iucundior.* — 212. ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος, amplificata ſententia, more commemorato *componendi mortuum iamiam efferendum.* — 213. τό, *mei ideo*, διὸ· διὰ τοῦτο.

215—237. Vlyſſes Achillis impetum compeſcit, docetque, fieri non poſſe, vt Achiui ieiuni pugnam ſuſtineant.

218. νοήματί γε προβαλοίμην κέ σε. τὸ νόημα *prudentia*, vt alibi. ὑπερβαλέσθαι, προβαλέσθαι, *ſuperare*, v. Obſſ. quia aetate et experientia rerum te antecedo. — 220. ἐπιτλήτω μύθοισι pro τλήτω ἐπὶ τοῖς μύθοις. ſcil. vt mea dicta admittas, iis pareas.

221. Puta omiſſum eſſe antecedens: *Si ieiuni milites exierint in praelium:* κόρος Φυλόπιδος πέλεται ἀνθρώποις, taedium pugnae celeriter ſubit, h. e. ardor pugnandi extinguitur, viribus deficientibus, pugnae, inquam, ἧς τε, in qua iam ferrum plurimos calamos deiecit, h. e. magna caedes iam facta eſt; nunc cum

ἧς τε πλείστην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν,
ἄμητος δ' ὀλίγιστος, ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα
Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.
γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς. 225
λίην γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπήτριμοι ἤματα πάντα
πίπτουσι· πότε κέν τις ἀναπνεύσειε πόνοιο;
ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν, ὅς κε θάνῃσι,
νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας·

κόρος τέλεται sunt iungenda: ἄμητός τ' ὀλίγιστος τέλεται, et iam rarae hostium fiunt caedes, ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα Ζεὺς, cum pugna inclinata fugam circumspiciunt hostes: scil. vires fame debilitatae non satis validae sunt ad instandum victis, ad persequendos fugientes, et ad caedem fugientium faciendam. Vides hac iunctura expedita esse omnia, dummodo memineris, comparatum cum comparante esse permixtum: caedes in pugna, primo magna, mox remissior, cum messe, in qua primo calami magna copia falce resecti procumbunt, eo facto autem non nisi paucae aristae, quae supersunt in agro, metuntur. — 223. ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα Ζεὺς, vt dixi, fugam iam parari, pugna in alterutram partem inclinata, innuit. Iouis τάλαντα, lancem iam vidimus Θ, 69 sq.

225. γαστέρι δ' οὔπως ἐστί. noua sententia et argumentatio. Abstinentia autem a cibo prae nimio luctu nullius frugis est ad mortuos, neque ad te ipsum; ita enim tibi fame erit contabescendum, nam quotidie homines moriuntur. γαστέρι, pro esurie. proprie, ventre scil. coercendo vt contra, etiam nude, γαστὴρ pro ingluuie et voracitate memoratur. — 226. quotidie multi pereunt, ἐπήτριμοι, alius super alium. — 227. πότε κεν. quando tandem aliquis vacare possit a luctu! πόνος pro πένθος.

229. νηλέα θυμὸν ἔχοντας, non crudelem, sed ani-

ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ στυγεροῖο λίπωνται,
μεμνῆσθαι πόσιος καὶ ἐδητύος, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον
ἀνδράσι δυσμενέεσσι μαχώμεθα νωλεμὲς αἰεί,
ἐσσάμενοι χροΐ χαλκὸν ἀτειρέα. μὴ δέ τις ἄλλην
λαῶν ἀτρυντὺν ποτιδέγμενος ἰσχαναάσθω.
ἥδε γὰρ ἀτρυντὺς κακὸν ἔσσεται, ὅς κε λίπηται
νηυσὶν ἔπ' Ἀργείων. ἀλλ' ἀθρόοι ὁρμηθέντες
Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισιν ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα.

Ἦ, καὶ Νέστορος υἷας ὀπάσσατο κυδαλίμοιο,
Φυλείδην τε Μέγητα, Θόαντά τε, Μηριόνην τε,

233 ΕΣΣΑΜΕΝΟΙ

mum obſirmatum habere, poſiquam humatum luctu proſequutus eſt aliquis. Scilicet: non vero decet fractum animo muliebria lamenta per longum tempus perpetuare. — 230. ὅσσοι δ' ἂν περιλίπωνται (ἐκ) πολέμοιο, τούτους χρὴ μεμνῆσθαι πόσιος. vti cibo et potu.

233. Nouum praeceptum. Cibo autem ſumto, non alio nouo expectato iuſſu, copiae continuo in pugnam exeunto. μήτε τις λαῶν ἰσχαναάσθω, contineto ſe, ceſſato, remaneto, (vt M, 98 Argiui apud naues ἰσχανόωνται.) ποτιδέγμενος ἄλλην ὀτρυντύν.

238—276. Vlyſſes, aſſumtis aliis, munera Agamemnonis afferri curat — 249. Talthybius praeco porcum adducit; quem Agamemnon mactat, et iurat, intactam a ſe Briſeidem ſe remittere — 268. Achilles, mala haec a Ioue immiſſa teſtatus, concionem dimittit — 276.

238. ὀπάσσατο, ſe ſequi iuſſit, ὀπηδοὺς ἔλαβε. nam cum iis ipſe iuit, vt e vſ. 247 apparet. Sunt autem illi cum Neſtoris filiis, Antilocho et Thraſymede, *Meges*, Phylei f. dux Dulichienſium B, 627. *Thoas* Aetolus, B, 638. *Meriones*, Idomenei comes, B, 651. *Lycomedes*, Creontis f. qui eratinter ſeptem principes excubias agentes, Λ. I, 84.

καὶ Κρειοντιάδην Λυκομήδεα, καὶ Μελάνιππον·
βὰν δ' ἴμεν ἐς κλισίην Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο.
αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον·
ἑπτὰ μὲν ἐκ κλισίης τρίποδας φέρον, οὓς οἱ ὑπέστη,
αἴθωνας δὲ λέβητας εἰκοσι, δώδεκα δ' ἵππους·
ἐκ δ' ἄγον αἶψα γυναῖκας ἀμύμονα ἔργ' εἰδυίας,
ἑπτ', ἀτὰρ ὀγδοάτην, Βρισηΐδα καλλιπάρῃον·
χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα,
ἦρχ', ἅμα δ' ἄλλοι δῶρα φέρον κούρητες Ἀχαιῶν·
καὶ τὰ μὲν ἐν μέσσῃ ἀγορῇ θέσαν. ἂν δ' Ἀγαμέμνων
ἵστατο· Ταλθύβιος δὲ, θεῷ ἐναλίγκιος αὐδήν,
κάπρον ἔχων ἐν χειρὶ, παρίστατο ποιμένι λαῶν.
Ἀτρεΐδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
ἣ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο,
κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος, Διὶ χεῖρας ἀνασχὼν,

242 ΔΕ ΓΕΡΓΟΝ 243 ΓΟΙ 244 ΕΓΕΙΚΟΣΙ 245 ΑΜΥΜΟΝΑ ΓΕΡΓΑ ΓΙΔΥΙΑΣ vulg. ἀμύμονας 251 Vulg. χερσί, et ἄορτο. 252 ΔΕ ΓΕΡΤΣΣΑΜΕΝΟΣ 253 ΗΗ ΓΟΙ

Eum Cretenſem et ab Heſiodo inter procos Helenae memoratum fuiſſe, narrant Schol. Townl. *Melanippus*, non alibi memoratus.

247. χρυσοῦ δὲ στήσας. poſtquam appenderat ad libram; puta ex reliqua, quae aderat Agamemnoni, auri copia. — 249. ἐν μέσσῃ ἀγορῇ θέσαν, in conſpectu omnium, ſane nunc in ipſa concione: Vnde poſtea vſ. 279 in Achillis tentorium absportantur.

250. Talthybius, θεῷ ἐναλίγκιος αὐδήν, h. e. magna, inſigni, voce inſtructus; e vetere ſermone; nihil amplius; vt iam ſaepe vidimus, omnia praeclara cum diuinis comparari. — 252. Notant hinc morem cultri gerendi vna cum enſe. — 254. κάπρου τρίχας ἀπαρξάμενος. tanquam pri-

εὔχετο· τοὶ δ' ἄρα πάντες ἐπ' αὐτόφιν εἵατο σιγῇ
Ἀργεῖοι, κατὰ μοῖραν, ἀκούοντες βασιλῆος.
εὐξάμενος δ' ἄρα εἶπεν, ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν'
Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα, θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος,
Γῆ τε, καὶ Ἠέλιος, καὶ Ἐριννύες, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν
ἀνθρώπους τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.
μὴ μὲν ἐγὼ κούρῃ Βρισηΐδι χεῖρ' ἐπενεῖκαι,
οὔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος, οὔτε τευ ἄλλου·
ἀλλ' ἔμεν' ἀπροτίμαστος ἐνὶ κλισίῃσιν ἐμῇσιν.
εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν
πολλὰ μάλ', ὅσσα διδοῦσιν, ὅ τις σΦ' ἀλίτηται ὀμόσσας.

257 ΑΡΑ ΓΕΙΠΕ ΓΙΔΩΝ 258 ΓΙΣΤΩ 261
Vulg. ἐπενεῖκα

mitias victimae, quibus in ignem coniectis preces fiunt. Locus in hac re frequentatus. cf. Obſſ. — 255. ἐπ' αὐτόφιν εἵατο, ἐπ' αὐτοῦ ſcil. τοῦ χώρου εἶντο. ἔζοντο, ἐν σιγῇ, κατὰ μοῖραν, compoſite, religioſo ſilentio, quo dicebantur fauere linguis.

258. Vetuſtiſſima numina in iureiurando excitari iam notatum erat ad Γ, 277 vbi dii inferi erant; pro quibus nunc Erinnyes. — 261. μὴ μὲν ἐγὼ ἐπενεῖκαι non poteſt iungi cum ἴστω γάρ. ſed ſupplendum eſt ὄμνυμι. nam eſt ὄμνυμι, μὴ ἐπενεῖκαι χεῖρα. — 262. οὔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος, οὔτε τευ ἄλλου. poteſt κεχρημένος eſſe a χρᾶσθαι, qui vtitur, tum ſupplendum αὐτῇ. κατὰ πρόφασιν ſeu conſuetudinis, ſeu alterius ſeruilis miniſterii cauſſa. poteſt etiam eſſe, qui indiget, cum caſu ſecundo. οὔτε εὐνῆς κεχρημένος, χρήζων, οὔτε ἄλλου τινὸς, διὰ πρόφασιν, nec expetens eius amplexus, nec aliud quid (ſeruile miniſterium) vlla de cauſſa. Prius, puto, ſimplicius. — 263. ἀλλ' ἔμεν' ἀπροτίμαστος, intacta, ἄψαυστος. v. Obſſ. — 264. εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον. ſcil. ὄμοσα. ex vſ. 261. — 265. ὅσσα διδῶσιν ἐκείνῳ, ὅστις ὀμόσας ἀλίτηται

Ἦ, καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλεῖ χαλκῷ.
τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
ῥίψ' ἐπιδινήσας, βόσιν ἰχθύσιν. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
ἀνστὰς Ἀργείοισι Φιλοπτολέμοισι μετηύδα·

Ζεῦ πάτερ, ἦ μεγάλας ἄτας ἄνδρεσσι διδοῖσθα· 270
οὐκ ἂν δήποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν
Ἀτρεΐδης ὤρινε διαμπερὲς, οὐδέ κε κούρην
ἦγεν, ἐμεῦ ἀέκοντος, ἀμήχανος· ἀλλά ποθι Ζεὺς
ἤθελ' Ἀχαιοῖσι θάνατον πολέεσσι γενέσθαι.
νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα. 275

Ὣς ἄρ' ἐφώνησε λῦσε δ' ἀγορὴν αἰψηρήν.
οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὴν ἐπὶ νῆα ἕκαστος.

273 ΑΓΕΚΟΝΤΟΣ 277 ΕΣΚΙΔΝΑΝΤΟ ΓΕΓΗΝ ΕΠΙ ΝΗΑ ΓΕΚΑΣΤΟΣ. v. Obſſ.

(εἰς) σφε. h. e. ὅς ὀμόσῃ ἂν ἐπίορκον.

266. Notatur ſacrificandi mos in iureiurando, abiiciendi victimam in mare; quia cum diris illud coniunctum eſt. v. Γ, 300. 301. cf. Obſſ.

268—276. Achilles, iterum ſollenni excuſatione vſus, diuinitus (ἐκ θεομηνίας) hanc noxam ſuae cum Agamemnone altercationis euenisſe, concionem dimittit. Sunt autem haec eo conſilio dicta, vt placatum ſe Agamemnoni oſtendat, culpa ab eo in Iouem verſa.

270. ἦ μεγάλας ἄτας. ἄται nunc mala ſunt e ſtolida peruicacia profecta. — 273. ἀμήχανος, fere vt σχέτλιος, et Latinorum, improbus; notione non ſatis determinata, ſed cum exprobratione; h. l. de Agamemnone, qui ira excandeſcens iniuriam intulerat, animi impotens. ἀλλά ποθι Ζεύς. vulgaris iuncturae modus erat εἰ μὴ Ζεύς. — 276. λῦσε δ' ἀγορὴν αἰψηρήν. αἰψηρῶς. v. Obſſ.

277—302. Cum muneri-

δῶρα δὲ Μυρμιδόνες μεγαλήτορες ἀμφεπένοντο.
βὰν δ' ἐπὶ νῆα φέροντες Ἀχιλλῆος θείοιο·
καὶ τὰ μὲν ἐν κλισίῃσι θέσαν, κάθισαν δὲ γυναῖκας·
ἵππους δ' εἰς ἀγέλην ἔλασαν θεράποντες ἀγαυοί.
Βρισηὶς δ' ἄρ' ἔπειτ', ἰκέλη χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ,
ὡς ἴδε Πάτροκλον δεδαιγμένον ὀξέϊ χαλκῷ,
ἀμφ' αὐτῷ χυμένη, λίγα κώκυε, χερσὶ δ' ἄμυσσε
στήθεά τ', ἠδ' ἀπάλην δειρὴν, ἰδὲ καλὰ πρόσωπα·
εἶπε δ' ἄρα κλαίουσα γυνὴ, εἰκυῖα θεῇσι·

Πάτροκλέ, μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ,
ζωὸν μέν σε ἔλειπον ἐγὼ, κλισίηθεν ἰοῦσα,
νῦν δέ σε τεθνειῶτα κιχάνομαι, ὄρχαμε λαῶν,
ἆψ ἀνιοῦσ'· ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί.
ἄνδρα μέν, ᾧ ἔδοσάν με πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
εἶδον πρὸ πτόλιος δεδαϊγμένον ὀξέϊ χαλκῷ·
τρεῖς τε κασιγνήτους, τούς μοι μία γείνατο μήτηρ,

282 ΕΠΕΙΤ FIKELH. v. Obll. 283 FIΔE 284
Vulg. λίγ' ἐκώκυε 286 FEIΠE — FEIKTIA 292
FEIΔON

bus ad Achillem missis venerat et Briseis; quae Patrocli corpus amplexa lamentatur, sua ipsius infortunia memorando. Ne haec ad nostros mores reuocemus, et miremur Achillem, suspicionsum hominem, hac mirifici in alium virum affectus testificatione non commotum fuisse, meminerimus sensus istorum rudiores et obtusiores in amore.

290. ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί. non δέχεται μοι sunt iungenda, pro, ὡς κακὸν δέχεταί με. sed interpositum μοι more vulgari, quo dicimus: periisti mihi. — 292. πρὸ πτόλιος, erat Lyrnessus, cuius rex Mynes matrimonio ha-

κηδείους, οἱ πάντες ὀλέθριον ἦμαρ ἐπέσπον.
οὐδὲ μὲν οὐδέ μ' ἔασκες, ὅτ' ἄνδρ' ἐμὸν ὠκὺς Ἀχιλλεὺς
ἔκτεινε, πέρσε δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος,
κλαίειν, ἀλλά μ' ἔφασκες Ἀχιλλῆος θείοιο
κουριδίην ἄλοχον θήσειν, ἄξειν τ' ἐνὶ νηυσὶν
ἐς Φθίην, δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσι.
τῷ σ' ἄμοτον κλαίω τεθνειότα, μείλιχον αἰεί.

Ὣς ἔφατο κλαίουσ'· ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες,
Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.
αὐτὸν δ' ἀμφὶ γέροντες Ἀχαιῶν ἠγερέθοντο,

295 Vulg. οὐδ' ἔμ' 297 Vulg. ἀλλ' ἐμ' 302 ΚΗΔΕ ΕΚΑΣΤΗ. v. Obſſ.

bebat Hippodamiam, Briſei filiam. v. B, 690 ſq. et Obſſ. ad eum locum. — 294. κασιγνήτους κηδείους. valde caros. ſunt κήδειοι, ὧν κῆδος ἔχομεν. v. Obſſ. — 295. locus memorabilis, quam diuerſi ſenſus mulierum iſtius aetatis fuerint a noſtris; mulier caeſo marito captiua beatam ſe praedicat, quod victoris matrimonio ſe potituram eſſe ſperare poteſt. v. Obſſ. — 298. κουριδίην ἄλοχον. improprie dictum; non enim eſt h. l. quam virginem duxit; ſed omnino aut caram aut teneram. v. Obſſ. — 299. δαίσειν γάμον, epulas nuptiales inſtruere; parare nuptias.

302. Πάτροκλον πρόφασιν. Vix accipere licet: praetexta morte Patrocli, dum vere mala ſua plangebant. Verum: cauſſa oblata luctus de morte Patrocli, ſimul ſua ipſorum mala in memoriam reuocando: vt paullo poſt 338. 9. principes Achiuorum lamentis Achillis adgemiſcunt μνησάμενοι, τὰ ἕκαστος ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπον. Vide tamen Obſſ.

303—339. Cum principes Achiuorum fruſtra Achillem inuitaſſent ad cibum ſumendum, diſcedunt, ceteri reſtant cum eo pauci, inter quos ille lamenta perſequitur miſerantibus adſtantibus.

λισσόμενοι δειπνῆσαι· ὁ δ' ἠρνεῖτο στεναχίζων·

Λίσσομαι, εἴ τις ἔμοιγε Φίλων ἐπιπείθεθ' ἑταίρων,
μή με πρὶν σίτοιο κελεύετε μηδὲ ποτῆτος
ἅσασθαι Φίλον ἦτορ, ἐπεί μ' ἄχος αἰνὸν ἱκάνει·
δύντα δ' ἐς ἠέλιον μενέω, καὶ τλήσομαι ἔμπης.

Ὣς εἰπὼν, ἄλλους μὲν ἀπεσκέδασε βασιλῆας·
δοιὼ δ' Ἀτρεΐδα μενέτην, καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς,
Νέστωρ, Ἰδομενεύς τε, γέρων θ' ἱππηλάτα Φοῖνιξ,
τέρποντες πυκινῶς ἀκαχήμενον. οὐδέ τι θυμῷ
τέρπετο, πρὶν πολέμου στόμα δύμεναι αἱματόεντος.
μνησάμενος δ' ἀδινῶς ἀνενείκατο, Φώνησέν τε·

Ἦ ῥα νύ μοι ποτὲ καὶ σὺ, δυσάμμορε, Φίλταθ' ἑταίρων,
αὐτὸς ἐνὶ κλισίῃ λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας
αἶψα καὶ ὀτραλέως, ὁπότε σπερχοίατ' Ἀχαιοὶ

309 ΕΙΠΩΝ 310 Vulg. Ἀτρεῖδαι

305. εἴ τις ἔμοιγε ἐπιπείθεται, vulgaris oratio: ὦ Φίλοι πείθεσθε ἐμοὶ μὴ κελεύοντες. — 308. ἔμπης reddi poteſt *vtique, pernicaciter:* proprie tamen ſubintellig. καίπερ οὐκ ἀσάμενος ἦτορ σίτου. καίπερ ἄσιτος ὤν. vt bene Koeppen. De modo loq. v. ad M, 326.

312. τέρποντες — τέρπετο. vides pro *ſolari* eſſe dictum, antiquo ſermone: paullo aliter ac Λ, 642 vbi ſimpliciter *ſermonibus recreare* erat. — 313. πολέμου στόμα δύμεναι· *Aciem* pugnantium iam vidimus declarari per *os*, vt nobis per *frontem*. — 314. ἀδινῶς ἀνενείκατο, ſubſtituendum eſt aliquid ex ipſa re, στεναγμούς, aut ex Φώνησέν τε, τὴν Φωνήν.

315. In memoriam reuocat Achilles, (huc μνησάμενος ſpectat) quod ſaepe ſibi ſub exitum in pugnam epulas parauerat Patroclus; ſecundum αὐτοδιακονίαν heroum. Petita haec ſunt ex ſenſu vero ac more lugentium in deſiderio eorum,

Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισι φέρειν πολύδακρυν ἄρηα.
νῦν δὲ σὺ μὲν κεῖσαι δεδαϊγμένος· αὐτὰρ ἐμοὶ κῆρ
ἄκμηνον πόσιος καὶ ἐδητύος, ἔνδον ἐόντων,
σῇ ποθῇ. οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι·
οὐδ' εἴ κεν τοῦ πατρὸς ἀποφθιμένοιο πυθοίμην,
ὅς που νῦν Φθίῃφι τέρεν κατὰ δάκρυον εἴβει
χήτεϊ τοιοῦδ' υἱός· ὁ δ' ἀλλοδαπῷ ἐνὶ δήμῳ
εἵνεκα ῥιγεδανῆς Ἑλένης Τρωσὶ πτολεμίζω·
ἠὲ τὸν, ὃς Σκύρῳ μοι ἔνι τρέφεται φίλος υἱὸς,
εἴ που ἔτι ζώει γε, Νεοπτόλεμος θεοειδής.
πρὶν μὲν γάρ μοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐώλπει,
οἷον ἐμὲ Φθίσεσθαι ἀπ' Ἄργεος ἱπποβότοιο
αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ, σὲ δέ τε Φθίηνδε νέεσθαι,
ὡς ἄν μοι τὸν παῖδα θοῇ σὺν νηῒ μελαίνῃ
Σκυρόθεν ἐξαγάγοις, καί οἱ δείξειας ἕκαστα,
κτῆσιν ἐμὴν, δμῳάς τε, καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.

327 ΘΕΟΓΕΙΔΗΣ 328 ΕΝΙ ΣΤΗΘΕΣΣΙ ΓΕΓΩΛΠΕΙ 332 ΟΙ ΔΕΙΞΕΙΑΣ ΓΕΚΑΣΤΑ. v. Obſſ.

quos amaueramus. — 320. ἄκμηνον, ἄγευστον. ſup. 163. ἔνδον ἐόντων ſc. τούτων, τῆς πόσιος καὶ ἐδητύος *cum in domo parata ſint, in penu ſint, ſuppetant.* Aliquoties occurrit. — 324. χήτεϊ τοιοῦδ' υἱός. ἐμοῦ. pro ex abſentia mea, cum indiget meo auxilio. ἐνὶ δήμῳ. iterum pro *terra.* — 325. ῥιγεδανῆς Ἑλένης. Φρικτῆς. *abhorrendae.* v. Obſſ. — 326. ἠὲ τὸν ſc. ἀποφθίσθαι. Mutauit ſtructuram. Poſt εἴ κεν τοῦ πατρὸς ſequi debebat ἠὲ τοῦ, ὃς. — 328. πρὶν μὲν — Prius ſolum ſe morti ante Troiam deſtinatum eſſe norat, nihil de amico reſciuerat. ex vaticinio accepto, de quo v. ſup. I, 410. et Obſſ. ad Σ, 8. — 332. δείξειας, vt

ἤδη γὰρ Πηλῆά γ' οἴομαι ἢ κατὰ πάμπαν
τεθνάμεν, ἢ που τυτθὸν ἔτι ζώοντ' ἀκαχῆσθαι
γήραΐ τε στυγερῷ, καὶ ἐμὴν προτιδέγμενον αἰεὶ
λυγρὴν ἀγγελίην, ὅτ' ἀποφθιμένοιο πύθηται.

Ὣς ἔφατο κλαίων· ἐπὶ δὲ στενάχοντο γέροντες,
μνησάμενοι τὰ ἕκαστος ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπε.

Μυρμένευς δ' ἄρα τούς γε ἰδὼν ἐλέησε Κρονίων,
αἶψα δ' Ἀθηναίην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Τέκνον ἐμόν, δὴ πάμπαν ἀποίχεαι ἀνδρὸς ἑῆος.
ἦ νύ τοι οὐκέτι πάγχυ μετὰ Φρεσὶ μέμβλετ' Ἀχιλλεῖνος ὅγε, προπάροιθε νεῶν ὀρθοκραιράων,
ἧσται ὀδυρόμενος ἕταρον φίλον. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
οἴχονται μετὰ δεῖπνον, ὁ δ' ἄκμηνος καὶ ἄπαστος.
ἀλλ' ἴθι, οἱ νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν
στάξον ἐνὶ στήθεσσ', ἵνα μή μιν λιμὸς ἵκηται.

337 Vulg. πύθοιτο. 339 ΤΑ ΕΚΑΣΤΟΣ. porro ἔλειπον vulgg. 340 ΓΕ ΓΙΔΩΝ 341 ΕΠΕΑ 347 ΙΘΙ ΓΟΙ

vindicare ſibi poſſet ab aliis poſſeſſa. — 335. τυτθὸν ἔτι ζώοντα *aegre vitam trahentem* fere quod ὀλιγηπελεῖν.

340—356. Cum Achilles peruicaciter cibo abstineret, diuino beneficio et Minervae munere, ne pugnae mox futurae laboribus confectus viribus deficeret, ambroſia et nectare reficitur.

342. ἀποίχεαι ἀνδρὸς ἑῆος ſortem virum deſeris. cum non curas. ἀποίχεσθαι, non modo discedere, ſed et abeſſe, vt Vlyſſes δηρὸν ἀποίχεται Od. Δ, 109. abſiſtere. vt Λ, 408 οἱ κακοὶ ἀποίχονται πολέμοιο. — 343. μέμβλεταί σοι, ὑπό σου. μέλει σοι. — 347. 8. nectar et ambroſiam inſtilla ἔνστραξόν οἱ, ſi de cibo eſt accipiendum et potu, vt vires reficiantur, eſt ἀμβροσίη τροφή. v. Obſſ. quod pectus adiicitur, στήθεσιν, reſpicit

Ὣς εἰπὼν, ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην·
ἡ δ', ἅρπη εἰκυῖα τανυπτέρυγι, λιγυφώνῳ,
οὐρανοῦ ἐκκατεπᾶλτο διʼ αἰθέρος. αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
αὐτίκα θωρήσσοντο κατὰ στρατόν. ἡ δ' Ἀχιλῆϊ
νέκταρ ἐνὶ στήθεσσι καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν
στάξ', ἵνα μή μιν λιμὸς ἀτερπὴς γούναθ' ἵκηται.
αὐτὴ δὲ πρὸς πατρὸς ἐρισθενέος πυκινὸν δῶ
ᾤχετο. τοὶ δ' ἀπάνευθε νεῶν ἐχέοντο θοάων.

Ὡς δ' ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται
ψυχραὶ ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο·
ὡς τότε ταρφειαὶ κόρυθες, λαμπρὸν γανόωσαι,
νηῶν ἐκφορέοντο, καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,

349 ΕΙΠΩΝ 350 ΕΙΚΤΙΑ 351 Vulg. ἐκκατέπαλτο.

vires in pectore, nec in voc. στάξον eſt haerendum; cum ſit omnino, immitte, ingere.

350. ἅρπη. aquilae genus eſt. v. Obſſ. — 351. ἐκκατεπᾶλτο, ἦλτο, ab ἄλλεσθαι. καθῆλτο, deſiluit, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ τὴν γῆν ἐπὶ τὸν Ἀχιλλέα. v. Obſſ. — 356. ἀπάνευθε θεῶν ἐχέοντο. ſimpl. pro ἀπὸ, ἐκ νεῶν.

357 — 398. Procedunt Myrmidonum copiae armatae magno numero; declaratur res per effectum ad viſum, crebra arma, galeae, ſcuta. Armat ſe Achilles. Cum nunc res ad ἀκμὴν adducta ſit, vt Achilles in pugnam prodeat, qua rerum περιπέτειαι parabitur, conſentaneum erat, vt eius ſpecies exhiberetur quam maxime ornata.

360. νηῶν ἐκφορέοντο aut pro, prodibant, egrediebantur, vt arma dicta ſint pro armatis, vt ſit pro ἐξήρχοντο. vt contra ἐξέρχεσθαι dicuntur ea, quae exportantur, ἐκφοροῦνται. aut dicendum, arma in nauibus ſeruata nunc fuiſſe exportata ante naues in ordinibus; et inter eos ipſe

θώρηκές τε κραταιγύαλοι, καὶ μείλινα δοῦρα·
αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε, γέλασσε δὲ πᾶσα πέρι χθὼν
χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς· ὑπὸ δὲ κτύπος ὤρνυτο ποσσὶν
ἀνδρῶν· ἐν δὲ μέσοισι κορύσσετο δῖος Ἀχιλλεύς.
τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλε, τὼ δέ οἱ ἔσσε 365
λαμπέσθην, ὥσεί τε πυρὸς σέλας· ἐν δέ οἱ ἦτορ
δῦν' ἄχος ἄτλητον· ὁ δ' ἄρα Τρωσὶ μενεαίνων
δύσετο δῶρα θεοῦ, τά οἱ Ἥφαιστος κάμε τεύχων.
κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἁραρυίας. 370
δεύτερον αὖ, θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν·
ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισι βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,

362 Vulg. περὶ ΤΑ FOI 365 ΔΕ FOI 366 ΔΕ FOI 368

Achilles. Parum tamen placent haec. v. Obſſ. — 361. θώρηκες κραταιγύαλοι pro κρατα ιογύαλοι, pro ſimplici κραταιοί. Cum tamen thoraces haberent duo caua, anterius et poſterius, γύαλα, ſaltem omnis thorax habeat cauum intra ſe, et habeat γύαλον, ornatius eſt epitheton compoſitae vocis, aucta notione. — 366. ἐνέδυνε τὸ ἦτόρ οἱ ἄχος, dolor, recolendo Patrocli mortem.

369. Diſertus nunc eſt poeta in armando Achille. v. ad vſ. 357. Iterum narrationem ita inſtituit, vt non narret, eum iam armatum eſſe, et, quae arma illa fuerint, tum ſubiiciat; verum ponit eum ante oculos noſtros armantem ſe; ipſo rerum ordine eo ducente, non vt ipſi pro magna iudicii ſubtilitate hoc imputandum ſit. Pleraque ex hoc loco iam in locis ſimilibus fuere memorata. — 370. ἐπισφύρια fibulas iam Γ, 331 vidimus. — 372. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισι βάλετο ξίφος. proprie περιεβάλετο balteum, ζῶμα, ex quo enſis pondebat.

χάλκεον· αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε, στιβαρόν τε,
εἴλετο, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ', ἠΰτε μήνης.
ὡς δ' ὅταν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανήῃ
καιομένοιο πυρὸς, τὸ δὲ καίεται ὑψόθ' ὄρεσφι,
σταθμῷ ἐν οἰοπόλῳ· τοὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἄελλαι
πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα φίλων ἀπάνευθε φέρουσιν·
ὣς ἀπ' Ἀχιλλῆος σάκεος σέλας αἰθέρ' ἵκανε
καλοῦ, δαιδαλέου. περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας
κρατὶ θέτο βριαρήν· ἡ δ', ἀστὴρ ὥς, ἀπέλαμπεν
ἵππουρις τρυφάλεια· περισσείοντο δ' ἔθειραι
χρύσεαι, ἃς Ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμειάς.
πειρήθη δ' ἔο αὐτοῦ ἐν ἔντεσι δῖος Ἀχιλλεύς,

375 Vulg. φανείη. 381 ἀστὴρ Fως Bentl. 382 Δ ΕΞΘΕΙΡΑΙ v. Obss. 384 ΠΕΙΡΗΘΗ ΔΕ ΕΕ' ΑΥΤΟΥ v. Obss.

375—380. Comparatur fulgor clipei cum igni in montibus eminus a nauigantibus conſpecto. Ignis poteſt videri eſſe πυρσὸς, Φανὸς, accenſus, vt ſignum ſit nauigantibus, qui ſeu incerto curſu feruntur, ſeu tempeſtate iactantur, quo loco appellenda ſit nauis; eo ducit, quod vento adverſante nautae prohibentur a littoris acceſſu; itaque ap. Euſtath. πυρσὸς σωστικὸς redditur. Etſi poteſt etiam de quouis igni in littore viſo accipi: ita vt adiecta tantum pro ornamentis Homericis habeantur. Aliud genus πυρσῶν vidimus Σ, 211. ἐκ πόντοιο. nautis e mari proſpicientibus conſpicitur: non ſatis ſubtiliter inſtituta oratio. — 380. ἀείρας περιέθετο· ἤειρε καὶ περιέθετο. — 382. περισσείοντο δ' ἔθειραι χρύσεαι, fuluae, vt quoque Σ, 611 ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε, ἃς θαμειὰς ἀμφιίσι Ἥφαιστος ὡς εἶναι λόφον.

384. πειρήθη δ' ἔο αὐτοῦ ἐν ἔντεσι. experitur ſe in armis. h. e. aima, an ſint

εἴ οἱ ἐφαρμόσσειε, καὶ ἐντρέχοι ἀγλαὰ γυῖα·
τῷ δ' εὖτε πτεραὶ γίγνετ', ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν.
ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσατ' ἔγχος,
βριθὺ, μέγα, στιβαρόν· τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν
πάλλειν, ἀλλά μιν οἷος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεὺς,
Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ Φίλῳ τάμε Χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς, Φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.
ἵππους δ' Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος ἀμφιέποντες

385 FOI 386 Vulg. ἠΰτε

satis apta membris, iisque mouendis an respondeant. — 385. εἰ τὰ γυῖα, h. e. οἱ πόδες, τρέχοι ἐν τοῖς ἔντεσι. — 386. Iam, cum nulla parte pondus aeris premeret nec nimium gravaret corpus, ille subsilit et se leuat, quasi alis instructus, ἐγίγνετο αὐτῷ ὡς πτερὰ, *erant ipsi quasi alae eleuantes ipsum*; debebat esse dictum: ὡς πτερὰ ἀείροντα αὐτόν, pro hoc, antiquo more dixit: ἄειρε δὲ αὐτὰ, τὰ πτερὰ, non vero τὰ ἔντεα, vt vulgo accipitur, quasi thorax eum elevauerit; sed tam parum grauabatur pondere eius, vt et eleuare se, et euolare sibi videretur. Creditur ex h. l. Xenophon duxisse suum illud: ἐμοὶ δοκεῖ τὰ τῶν ὅπλων Φορήματα πτερεῖς μᾶλλον ἐοικέναι ἢ Φορτίῳ. Cyrop. II, 3, 14. — 387. de hasta Peliade, ex trunco in Pelio monte resciſa, a Peleo, v. alterum locum Π, 141 sq.

392. Duo homines in iungendis equis sunt occupati pro vno ministro: alter Achillis auriga Automedon; alter Alcimedon, nunc Alcimus dictus, e Myrmidonum ducibus, qui, Patroclo caeso, currum conscenderat P, 467. λέπαδνα sunt lora, collum et pectus ambientia, quibus equi iugo illigati erant: cf. E, 730. Ori insertus est χαλινὸς, fraenum; et habenae quibus reguntur, e iugo nexae et retro versus currum extentae, αἱ ἡνίαι, vel τὰ ἡνία. οἱ ἡνιοχῆρες. γαμφη-

ζεύγνυον· ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδν' ἔσαν· ἐν δὲ χαλινοὺς
γαμφηλῇσ' ἔβαλον, κατὰ δ' ἡνία τείναν ὀπίσσω
κολλητὸν προτὶ δίφρον. ὁ δὲ μάστιγα φαεινὴν 395
χειρὶ λαβὼν ἀραρυῖαν, ἐφ' ἵπποιϊν ἀνόρουσεν
Αὐτομέδων· ὄπιθεν δὲ κορυσσάμενος βῆ Ἀχιλλεύς,
τεύχεσι παμφαίνων, ὥστ' ἠλέκτωρ ὑπερίων.
σμερδαλέον δ' ἵπποισιν ἐκέκλετο πατρὸς ἑοῖο·

Ξάνθε τε, καὶ Βαλίε, τηλεκλυτὰ τέκνα Ποδάργης, 401
ἄλλως δὴ φράζεσθε σαωσέμεν ἡνιοχῆα
ἂψ Δαναῶν ἐς ὅμιλον, ἐπεί χ' ἑῶμεν πολέμοιο·
μηδ', ὡς Πάτροκλον, λίπετ' αὐτόθι τεθνειῶτα.

395 Vulg. ὁ δ' ὃς 399 ΠΑΤΡΟΣ ΘΕΟΙΟ

λῇσι, nunc de malis equorum rictu diductis. v. Obſſ.

396. Conſcendit currum Automedon ἡνίοχος, et poſt illum παραβάτης Achilles. — 398. ἠλέκτωρ ὑπερίων, omiſſo nomine ipſo Ἥλιος duo epitheta appoſita ſunt: ἀκάμας et in altum euectus. v. Obſſ.

399 ad fin. Achilles hortatus equos, currui iunctos, audit alterum ex iis, Xanthum, ſe et comparem, culpa caedis Patrocli liberantem, et ominantem ipſius Achillis fata iam inſtantia; at ille nihil ab ardore vlciſcendi mortem Patrocli remittit. Totus locus eſt ex antiquitatis ſenſu legendus: v. Obſſ. ad vſ. 407.

